

N y e s t e
Latinist Læsebog,

a f

Christian Gottlob Brøder.

Udgivet

til Brug for de ny indrettede lærde Skoler

v e d

Georg Sverdrup,

Oversæter i Historie og Geographie ved Christiania Skole.

Kopenhagen, 1800.

Trykt paa Boghandler A. Goldins Forlag
hos W. Brønnich.

Første Bog.

Naturhistorie for Børn.

Første Capitel.

Verdens Indretning.

I. Oversigt af Naturhistorien.

Universus mundus plerumque distribuitur in duas partes coelum & terram. In coelo conspicimus solem, lunam & stellas. Terra cum coeteris elementis, igne aere & aqua, hominum causa facta est¹⁾. Ea haber montes cum silvis & herbis, saxis & metallis; valles cum pratis, floribus²⁾ & graminibus; campos cum agris & frugibus, hortis & oleribus³⁾; maria lacus, flumina & rivos, animalia & homines. Nubes pendent in aere. Aves volant sub nubibus. Quadrupes

pèdes eunt ⁴⁾ aut currunt. Pisces natant in aqua. Vermes repunt in terra. Homines possident universam terram.

1) fio. 2) flos. 3) clus. 4) eo.

II. Solen.

Sol, cuius magnitudo incredibilis est, globus est igneus, qvi, cum surgit, tenebras noctis ¹⁾ pellit, & omnia luce ²⁾ sua collustrat. Cum oritur, præcedit diluculum & aurora; cum occidit, crepusculum & nox sequitur. Idem minuit & abigit frigus, calefacit terram universam, & efficit, ut omnia vigeant. Est igitur fons luminis & caloris.

1) nox. 2) lux.

III. Fortsættelse.

Sol, qvia modo proprius, modo longius abest ¹⁾, qvatuor anni tempora efficit, ver, æstatem, autumnum & hiemem. Qvo obliquius ²⁾ radii solis in terram incidunt, eo minorem habent vim calefaciendi ³⁾. Itaque sol meridianus calidior est, qvam matutinus vel vespertinus. Sol circa axem rotatur ⁴⁾ suum, planetæ autem omnes circa ipsum. Quum luna inter solem terramque ita interponitur ⁵⁾, ut so-

lem obtègat, tum eclipsis solis contingit, idqve non nisi nova luna fieri potest.

1) absolum. 2) jo skraabere §. 130. 3) at varme §. 168. 4) dreier sig. 5) kommer saaledes til at staae.

IV. Maanen.

Luna, ut terra, est corpus opacum, qvod lumen suum a sole accipit. Noctu splendet, & lumine suo stellas obscurat, sed nullum calorem efficit. Sæpe etiam interdiu cernitur ¹⁾, tum autem propter solis calorem pallida est. Varias illa mutationes lucis habet: modo enim nova luna est, modo crescens, modo plena, modo decrescens. In novilunio nihil lucis ²⁾ habet, cum sol aversam a terra partem collustret; sed post diem decimum quartum eo pervenit, ubi tota pars, a sole illuminata, in terræ conspectu est, idqve plenilunium appellatur.

1) seer man den §. 226. 2) ingen Glands §. 137.

V. Fortsættelse.

Luna maculata est, & idem semper latus terræ obvertit. Eadem est satelles seu comes terræ nostræ, qvam undetriginta diebus & duo-

duodecim horis ab occasu versus ortum ambit, & simul cum ea quotannis circum solem fertur ¹⁾). Quando terra ad lineam rectam inter solem lunamque interponitur, tum luna obscuratur, quæ eclipsi lunæ dicitur. Ea fieri non potest, nisi die plenilunii, neque semper est ejusdem generis ²⁾). Nam modo pars tantum lunæ obscuratur, modo totus ejus orbis regitur. Qvinquagies mille millaria a terra abest, & magnitudine qvinquagesimam fere terræ partem aequat.

1) Isber. 2) eene §. 143.

VI. Fixsternen.

Præter lunam innumerae stellæ coelum nocturnum ornant, quæ dividuntur in fixas sive immobiles, & planetas sive mobiles. Fixæ stellæ sua luce fulgent, & eundem semper inter ceteras locum obtinent, æqualiterque omni tempore ab iis distant. Inter eas stella polaris semper eodem loco versus septentriōnem nobis apparet. Credibile est fixas stellas ¹⁾ totidem esse soles, & circum singulas, ut circa nostrum solem, moveri aliquot planetas, quos illæ lumine & calore suo & illustrant & fovent. Albidus ille circulus, qui via lactea appellatur, innumeris stellis fixis constat, quæ immenso a terra intervallo distant.

1) Accus. c. Inf. §. 123.

VII.

VII. Hovedplaneterne.

Planetae dividuntur in primarios & secundarios. Primarii planetæ sunt septem: Mercurius, Venus, Terra, Mars, Jupiter, Saturnus & Uræus. Duo priores sunt soli propriores, quam terra, ceteri ab eo remotiores. Hi planetæ omnes circa solem inuentur ¹⁾, ideoque non eodem semper loco conspicuntur unde planetæ sive errantes vocantur. Venæris stella, cum ante ortum solis coelo fulget, Lucifer dicitur: cum post occasum solis conspicitur, Hespérus appellatur. Jupiter duodenis fere annis, Saturnus tricenesis orbes suos explet ²⁾.

1) bevæge sig §. 62. 2) fulbende bæres
Bæne.

VIII. Bioplaneterne.

Secundarii planetæ sunt, qui primarios semper comitantur, eosdem circumneunt, & una cum iis circa solem feruntur. Satellites eorum vocari solent. Ut igitur terra nostra unum habet satellitem, lunam: sic Jupiter quatuor. Saturnus qvinque habet satellites sive lunas. Omnes planetæ tum primarii tum secundarii sunt globi opaci, qui lucem a sole accipiunt. Haud dubie habitantur ¹⁾, ut terra nostra; quid enim impedit, quo minus

nus ²⁾ & ipsi ³⁾ a naturis, qui Deum autorem suum agnoscant, incolantur? Aliud genus stellarum sunt cometæ, qui rarius apparent.

1) era beboede §. 62 d. 2) at ikke §. 112. 3) ligeledes §. 222.

IX. Jorden.

Universa terra globiformam habet, unde etiam orbis terrarum dicitur. Globosam esse, patet ex umbra terræ rotunda in defectu lunæ. Ea dupplicem habet motum; etenim non tantum intra viginti quatuor horas ab occasu versus orientem circum axeum aut centrum suum moverunt ¹⁾, sed etiam intra trecentos sexaginta quinque dies, cum luna comite, circum solem. Ille motus efficit vicissitudinem diei & noctis; hic constituit annum & quatuor anni tempora. In altera ejus parte, quæ a sole illustratur, dies est, in altera nox. Præterea altero semestri boreale hemisphærium, altero australe soli magis obvertit, unde in altero dies longiores sunt, in altero noctes.

1) bevæger sig.

X. Fortsættelse.

Superficies terræ aqua & humo constat. sed minor pars est terra continens, majorem aqua tenet.

tener. Ambitus ejus quinqvies mille & quadrin- genta millaria complectitur. Quatuor sunt plaga mundi: septentrio, oriens, meridies, occidens. Præterea dividitur terra in quinque zonas qvarum ¹⁾ duæ frigidæ sunt, ut Lapponia: duæ temperatae ut Germania; una, quæ media est, torrida, ut insulæ Moluccenses. Varias illa res profert, ut frumenta in agris, plantas in hortis, gramina in pratis, arbores in silvis. Sub terra nascuntur metalla, lapides aliaque fossilia.

1) hvoraf se §. 139.

XI. Vandet.

In montibus fontes sunt, e quibus aqua scaturit, primum rivulis fluens ¹⁾, deinde rivi. Plures rivi confluentes efficiunt fluvium, flumina in mare seu oceanum effunduntur ²⁾. Omnis aqua gravitate sua deorsum fertur ³⁾; unde patet ea loca ⁴⁾, unde flumina proveniunt, altiora esse iis ⁵⁾ quo volvuntur. Aquæ fluida & pellucida est, & imagines rerum, quæ sunt in ripa, itemque solis & nubium, speculi instar ⁶⁾ repræsentat. Aquæ pura neque ⁷⁾ saporem haberet, neque odorem, neque colorem. Aquæ pluvia fertilitatem terræ magis augeri, quam fluviali & fontana, notum est.

1) hvilket flyder §. 115. 2) labe ud §. 62. 3) flyder. 4) at de Steder Acc. cum Inf.

Inf. §. 124. b. 5) istedenfor, quam ea, §. 129.
6) som et Speil §. 137. 7) neque, neque
hverken, eller §. 108.

XII. Fortsættelse.

Aqvæ inesse calorem¹⁾ ipse liqvor declarat; si enim omni calore privatur, fit glacies, qvæ calore resolvitur. Idem calor efficit, ut particulæ aqveæ perpetuo ascendant. Aërem etiam aqvæ inesse, bullulæ in ea ascendentibus sati arguunt. Nonnullæ scaturigines aqvam frigidam aliæ calidam, aliæ acidam, aliæ amaram promunt, contra varios hominum morbos. Aqva falsæ sunt eæ, qvæ salem communem secum ferunt. Hoc genus aqvæ vel²⁾ fontibus falsis, vel mari continetur. Aqva res est utilissima & pernecessaria. Hominibus atque animantibus potum præbet, plantas terræ, omnes nutrit, molas aliasqve mahinas circumagit. Eadem cibos coquimus, nosqve ipsos & alia omnia lavamus, ac purgamus.

1) at der er Varme i §. 124. 2) vel, vel enten, eller §. 107.

XIII. Havet.

Permagnum aqvarum aeqvor mare dicitur, & si terram continentem circumfluit, oceanus,

anus, ex qvo magna perpetuo vaporum copia ascendit. Idque necesse est fieri, qvod mare aqvarum vim per flumina illabentium capere non posset, nisi quotidie aliquam sui partem exhalando¹⁾ pérderet. Omnis aqva marina salsa est & amara, ne putreſcat. Hinc ea bibi non potest, ut aqva fontium & fluviorum. Eadem de causa gravior est fluviali, & multo majora onera sustinere potest; fert enim naves vastissimæ molis²⁾. Inprimis memorabilis est affluxus & refluxus maris. Nimirum aqva maris vicenis quaternalisqve horis³⁾ in littore bis crescit, bisqve decrescit, qvæ vicissitudo lunæ motu gubernari creditur. Ceterum mare habet littora, promontoria, insulas, peninsulas, syrtes & scopulos; idem facit isthmos, freta & sinus.

1) ved Udbunstningen §. 173. 3. 2) af uhyre Størrelse §. 143. 3) inden 24 timer §. 156.

XIV. Luften.

Universa terra undique aëre circumdatur¹⁾, qvi omnibus animantibus spiritum præbet, & sine qvo neque animalia vivere, neque plantæ crescere possunt. Is ubi terræ propior & vaporibus crassior est, vulgo atmosphaera, ubi remotior a terra & rarer est ac purior, aether vocatur. Inferior aër densior est gravior.

viørqe superiori & a terra remotiori, qvod ille aëris desuper incumbens mole premitur. Aér liqvidus est, pellucidus & elasticus, qvæ vis elasta in eo est, qvod aér comprimi se patitur²⁾, sed compressu liberatus³⁾, se ipse rursus exten dit. Frigore condensatur, calore extenuatur atqve extenditur. Item qvo⁴⁾ altior, eo frigidior est.

1) er omgivet §. 62. d. 2) lader sig sammentrykke. 3) naar den er befriet fra §. 180. 4) qvo. eo, jo desto §. 130.

XV. Fortsættelse.

Aér tunc pluvius, nunc serentis est; aestate¹⁾ calidus, hieme frigidus, vere & auctumno temperatus. Nunquam purus est, sed particuli salinis, sulphureis alijsqve mixtus²⁾. Qvo autem purior aér, eo salubrior est. Levior aér adfurgit in graviori, ut oleum in aqua. Aér etiam sonum efficit, & qvo purior est aér & tranquillior, hoc clarior est sonus; idem autem obtunditur a crassis humidisqve vaporibus, in aëre natantibus, & ab occurrentibus ventis. Echo est recessus aëris, qvi, allapsus³⁾ solidis corporibus, resiliit. In aëre gignuntur res variae: nebulæ, nubes, pluvia, nix, fulgura, tonitrua, irides & alia, qvæ Græcis⁴⁾ meteora vocantur.

1) paa

1) paa det Spørgsmål: naar? Ablativet. Om Sommeren §. 101. 2) misæd. 3) allabor, naar den stæder paa §. 180. 4) hos Grækerne §. 153 z).

XVI. Binden.

Aér raro plane tranquillus est, sed plerumqve in motu versatur. Commotus aér ventus dicitur, leniter commotus aura appellatur. Quatuor sunt venti cardinales, flantes¹⁾ e quatuor plagiis mundi: boreas (aqvilo) a septentrione, eurus (subsolanus) ab oriente, austere (notus) a meridie, favonius (Zephyrus) ab occidente. Ventorum frigidissimus²⁾ aqvilo est, austus plerumqve tepidus, favonius humidus, siccus subsolanus. Venti maxima nobis commoda adferunt; purgant nimirum aërem vaporibus non salubribus, nimios temperant calores & multas morborum causas removent. Idem nubes ab uno loco ad alterum præpellunt, post hiemen nives³⁾ solvunt, terramqve multa pluvia irriguant celerius, qvam sol posset, siccant, naves & molas impellunt. Nonnunquam tamen damnum inférunt. Procella interdum arbores eradicat, ædificia evertit, navesqve perdit. Turbo res obvias in gyrum agit. Subterraneus ventus nonnunquam excitat terræ motum, qvo urbes pagiqve corruunt.

1) qvi

- 1) qui flamt. §. 115. 2) den koldeste af
Windene, den koldeste Wind §. 139.
3) nix.

XVII. Isden.

Ignis causa lucis & caloris, lucet, calefacit, urit & comburit. Excitatur ille interdum confritu corporum, aut solis radiis, vitro caustico exceptis. Vulgo autem scintilla ejus, ope ethalybis e pyrite eliditur & somite excipitur. Tum accedit sulphuratum, & inde candelatum vel lignum. Ex eo adscendit fumus, qui vel dissipatur, vel camino adhæret & fuligo fit. Quod ex combusto ¹⁾ ligno remanet, cinis est. Multa corpora ignis liquefacent, ut aurum, argentum, & cetera metalla. Omnis ignis alimenti indiget, nec permanere potest, nisi alatur, tum materia certa, tum adflatu aëris, sine quo ardere non potest. Idem est inter elementa levissimus.

1) comburo.

XVIII. Lyset.

Effectus ignis lumen est, quod ignis quaqua versus fundit. Vis lumiuis duabus maxime in rebus cernitur: primum in eo, quod ejus munere res corporeas cernere possumus; deinde

deinde in eo, quod colores efficit. Ubi enim lumen abest, ibi sunt tenebrae, atque evanescent omnes colores. Lux omnium rerum est celerima, & multo velocior, quam sonitus. Radii ejus semper ad lineam rectam moventur, neque ab ea divertunt, nisi cum e ratiore materia in densiore, veluti ex aere in aquam, venerint. Id enim cum sit, deflectit radius, & baculus, in aqua propositus ²⁾, fracti ³⁾ speciem habet. Cum radii luminis in solidum corpus incidunt, repelluntur ejus densitate; idque cum sit, reflecti lumen dicitur ³⁾.

1) pano. 2) frango. 3) han siger man, &c. &c.

XIX. Phænomener forårsagede af Vanddunster.

Aqvei vaporæ perpetuo ascendunt in aërem; quod patet ex eo, quod linæ uda, in aere expansa ¹⁾, celeriter exsiccantur. E mari igitur, lacubus fluminibusque magna quotidie vaporum copia attollitur ²⁾, qui innatant aeri tantaque evehuntur altius, quanto magis eos calor solis extenuat. Hi vapores ubi copiose cientur, & una cum aere frigoris vi coguntur, veniunt in conspectum oculorum ³⁾ quo facto, si super terra pendent, nebulæ dicuntur; si in sublime acti ⁴⁾ in aethere hærent, nubes, quæ

si graviores sunt, quam aér inferior; in terra
decidunt, efficiuntque pluviam & imbrēm, ni-
vem & grandinem.

1) expando. 2) stiger op. 3) blive de-
synlige. 4) ago naar de stige i Beiret,
og &c. §. 184.

XX. Fortsættelse.

Si nebula delapsa ¹⁾ in terra diffuit,
sudum coelum exspectamus; si assurgit & in aëre
remānet, pluvia seqvi solet. Vere & autumno,
item mane & vesperi nebulae crēbriores sunt;
quam alio tempore, & in primis nebulosus aér
est in regionibus aquosis & palustribus. Si
aqvæi vapores in aëre frigore cōgelantur, nix
inde nascitur. Si pluvia gelascens ex aëre frigi-
diori subito in calidorem delabitur, grandor
oritur. Uude sit, ut aestate grandinet, hieme
ningat. Ros terræ plantarumque exhalationi-
bus dignitur, quæ mane vesperive densantur &
guttatum confluant. Ros, si circum corpora fri-
gida gelascit, pruina est.

1) delabor.

XXI. Brændende Phænomener.

Præter aqvæos vapores etiam sulphurei &
nitrati in aërem ascendunt, unde fulmen

nas-

Brændende og skinnende Luftsyn, Vierge: 17

nascitur. Fulmen appellatur fulgor ille su-
bitus, ex obscuris plerumque nubibus emicans,
cum tonitru sive fragore conjunctus, licet il-
lud vel serius ad aures perveniat, quam fulgor
ad oculos, vel plane audiri non possit. Quo
enim longius a nobis fulmen abest, hoc serius
tonitru audimus, quum lux multo celerius pro-
pagetur, quam sonus. Fulmina multum nobis
profundunt; purgant enim & refrigerant aërem,
noxiosque vapores consumunt. Interdum tamen
nocent, incendia excitant, arbores findunt fran-
guntve, homines & animalia exanimant. Non
nunquam fulmen quidem e longinquo videmus,
neque tamen tonitru audimus; hoc fulgētrum
vocant ²⁾. Aestate sæpius fulgūrat tonatque,
quam reliquis anni temporibus.

1) Falder man §. 225.

XXII. Skinnende Luftsyn.

Aliæ præterea ignæ species, sed sine fra-
gore, interdum existunt, quales sunt dracones
volantes & stellæ cadentes ¹⁾, quae
ab exhalationibus terræ pinguioribus & putridis
nascuntur. Ignes fafui, qui locis interdum
palustribus inerrant, vapores sunt incantes. I-
ris (arcus coelestis) tum existit, cum sol
radiis suis illuminat exadversum cadentes pluviae
guttas; horis igitur pomeridianis versus orientem,
matutinis versus occidentem. Lumen

B

bo-

boreale interdum hibernis noctibus septentriōnem versus conspicitur. Sæpe circulus lucidus, qui halo dicitur, solem aut lunam amplectitur, isque dignitur aqueis vaporibus, a sole lunave illuminatis. Nonnunquam, at raro in ejusmodi vaporibus, solis lunæque imagines existunt, quas parhelios & parafelenas vocant.

i) Stierneskud.

XXIII. Bierge.

Super terra sunt alti montes, elevati colles; profundæ valles. Colles sunt parvi humilesque montes. Qvo altiores montes, eo profundiores sunt valles. Celfissimi in orbe terraram montes sunt Peruviani in America, qvorum sumus quintuplo altior¹⁾ est, quam Brüsterus Germaniæ. Celfissimorum montium vertices etiam in calidioribus regionibus valde sunt frigidi; ideoqve perenni glacie & nive teguntur²⁾, ut Alpes Helvetiæ. Sunt etiam montes ignivomi sive Vulcani, qvales sunt Aetna in Sicilia, & Vesuvius in regno Neapolitano. Cererum multa montibus debemus conimoda. Ex iis omnes rivi fluviique oriuntur, atqve omnia metalla eruuntur. Proférunt herbas saluberrimas, coöercent impétum ventorum, & ab aestivis caloribus defendunt.

1) Fem gange saa hei. 2) ere bedæk fede.

XXIV. Metaller.

Metalla e montibus effodiuntur. Ea sunt vel nobilia vel ignobilia. Nobilia sunt aurum & argentum; ignobilia ferrum, æs seu cuprum, stannum, plumbum & argentum vivum. Aurum qvod est omnium gravissimum & nobilissimum, non tantum effoditur sed reperitur etiam in qvibusdam fluminibus. Ex auro & argento faciunt artifices nummos & varia ornamenta. Ferrum, ex qvo & optima & pessima instrumenta evaduntur, in omnibus fere terris reperiatur. Chalybs durissimum ferri genus est. Ex cupro & stanno varia vasa conficiuntur, præterea stannum, illitum¹⁾ æneis vasis, compescit æruginis virus. Ex cupro & cadmia fit orichalcum. Plumbum, metallorum mollissimum, citius, quam cetera, liquescit. Argento vivo omnia metalla innatant, præter aurum.

1) illino, naar man overgyder Kobber far der med.

XXV. Stene.

Lapides dividuntur in vulgares, rariores & pretiosos. Vulgares sunt saxum, eos, filex, pyrites; rariores sunt magnes, crystallus, marmor; pretiosi sunt gemmæ. Saxa sunt partes petrae, e

qvibus muri atque ædificia extruuntur. Cotibus acuuntur res obtusæ, ut cultri tonsorii. Silicees liqvescati vitrum fiunt. Chalybis & pyritæ conflictu igsiem elici, notum est. Magnes, præ aliis admirandus lapis, ferrum attrahit, satisqve tenaciter retinet, qvam virtutem quoqve cum ferro communicat; deinde, si libere feratur ¹⁾, dirigit se ad polos mundi, & acus magnética semper septentrionem spectat, ut nautæ secundum eam cursum dirigere possint.

1) naar den kan bevæge sig frit.

XXVI. Fortsættelse.

Crystallus est lapis pellucidus, valde durus. Marmor est vel candidum, vel maculosum & variii coloris. Pumex, lapis cavernosus, natat in aqua, estque ad corpora laeviganda ¹⁾ utilissimus. Lapide Lydio aurum argentumque probatur. Gemmæ, e terra effosæ ²⁾, rudes & sine splendore sunt, acuuntur deinde & ab aurifice includuntur auro. Sunt eae vel pellucidae vel opacæ, quales sunt smaragdus viridis, rubinus rubicundus, topazius pallidus, sapphirus cærulea. Verum pretiosissima gemmarum ac durissima adamas est, splendore nitidissimo variisque coloribus radians. Attamen lapis molaris eum utilitate longe supèrat.

1) til

Metaller, Stene, Planter, Træer. 21

- 1) til at gisre glat med, polere §. 172.
2) effodio.

XXVII. Planter.

Omnis planta in tres partes dividitur, radicem, truncum & ramos, e trunco, qui in mollioribus ac minoribus plantis vocatur caulis, surgentes. Rami porro efferunt gemmas, frondes, folia, flores, fructus & semina. Extrinsècus cortex, intus medulla est. Radices sunt partes plantæ, terra testæ ¹⁾, unde humorem fugunt, qui plantis alimentum præbet, & succus nutricius dicitur. Sed nutricius ille humor non tantum per radices, sed etiam per foliorum pores ingrediatur plantas, unde sit, ut sine foliis, quippe quæ humores ex aëre attrahant, nullus fructus ad maturitatem pervenire possit. Ceterum omnis planta nascitur & propagatur ex alterius vel furculis gemmisve, vel radicibus, vel deinceps seminibus. Neque tamen omnibus plantæ omnibus locis nascuntur.

1) tego.

XXVIII. Træer.

Arbøres sunt vel fructiferae vel steriles. Fructiferæ sunt apud nos malus, pirus, ceræsus, prunus, morus, nux, per-

perfus, castanea. Steriles sunt abies, pinus, betula, fagus, fraxinus, salix, tilia. Quædam sponte sua proveniunt, quæ silvestres ac feræ dicuntur; aliæ ope humana gig-
nuntur, & hæ meliores proferunt fructus. Arborum aliis ¹⁾ folia auctumno decidunt, ut malis, piris, ceterisque pomiferis; aliæ semper vi-
rent, ut abies, taxus, laurus aliæque plures. Celsissima arborum cedrus est, apud nos abies. Arbores lignum præbent non tantum ad comburendum ²⁾, sed etiam ad ædificandum aliasque res necessarias. Trunci maximarum arborum aut in asseres secantur, aut trabes ex illis cæduntur.

1) nogle Træer §. 138. 2) at forbruge til Brændsel. §. 171.

XXIX. Marffrugter.

Inter ea, quæ terra profert, prima & utilissima hominibus frumenta sunt, quæ dividuntur in hiberna & aestiva. Hiberna sunt, quæ auctumno seruntur, & æstate sequentis anni maturescunt, ut far, triticum. Aestiva, quæ vere seruntur, ut hordeum, avena, milium, panicum. Huc pertinent legumina, ut fabæ, lenticulæ, pisa, viciæ; item, linum, unde linteæ texuntur, & cannabis, funibus & retibus utilissima. Terra, ut frugifera fiat, storcoranda est ¹⁾. Tum

ara-

aratur, conseritur, occatur. Cum maturnerunt ²⁾ segetes, falcibus ³⁾ demetuntur & in horrea con-vehuntur, ubi tribulis excutiuntur.

1) mæde gæsbed §. 169. 2) maturesco.
3) falx.

XXX. Blomster.

Flores mirae sunt varietatis, & cum ceteræ plantæ usus alimentique causa in terra gig-
nantur, flores facti sunt, ut pulchritudine ocu-
los pascant, odoribus nares delestant, homi-
numque voluptati inserviant. Florum notissimi
sunt viöla, rosa, lilyum, narcissus,
tulipa, hyacinthus, cariophyllum.
Florum ver nuntiantum prima est viola. Ro-
saæ differunt multitudine foliorum, colore, o-
dore. Lilium rosa nobilitate proximum est,
ejusque candor & odor eximius. Sunt etiam ru-
bentia lilia & lutea. Multi flores gratum spi-
rant odorem; alii visu ¹⁾ tantum jucundi sunt,
ut tulipa, decus florum, quæ solo adspectu de-
lestat. Ex odoratis floribus ferta & serviaæ ne-
tuntur.

1) at see til, eller for Øjet §. 165.

Andet Capitel.

Om Dyrerne.

Indledning.

Om Dydrene overhovedet.

Omnia animalia, quæ terram incolunt, corpore & anima constant, & in sex classes dividuntur.

Prima est quadrupedum, quæ quatuor pedibus incedunt, pelle ac pilis teguntur, vivosque foetus pariunt. Hæ omnes in ore dentes habent.

Altera est avium, quæ binis tantum pedibus incedunt, binis alis ad volandum, & corpore plumato instructæ. Rostra habent cornea fine dentibus.

Tertia piscium est, qui squamis teguntur & pinnis instructi sunt, quarum ope in aqua natant, sed pedibus omnino carent¹⁾.

Quarta est amphibiorum, quæ & in aqua & in terra vivere possunt. Alia habent pedes, alia non habent.

Quinta & numerosissima insectorum est, quæ senos vel plures pedes habent, & quorum alia²⁾ alis ad volandum instructa sunt, alia iis destituantur.

Sex.

Sexta est vermium, quorum corpus molle est, nec pedibus instructum. Omnes repunt.

Præter quadrupedes, omnes fere animantes ceteræ ova pariunt, ex quibus foetus produnt.

- 1) aldeles ingen Fodder have §. 162.
- 2) af hvilke nogle §. 138.

Første Classe.

I. Om de firefæddede Dyr overhovedet.

Quadrupedes¹⁾ vivos pullos pariunt, quos lacte suo nutriunt, donec solidiores cibos recipere valeant. Paucæ illæ, quæ ova ponunt, amphibiis annumerantur, ut crocodili, ranæ. Rapaces belluæ pullos habent pauciores.

Corio & pilis vestitæ sunt plurimæ. Aliae fetas habent, aliae aculeos aliae tegmen osseum.

Dentes habent pro varietate eorum, quibus aluntur, diversos, verbi causa, carnivores acutos habent dentes.

Variis armis instructæ sunt, quibus se suosque tueri possint. Tauri cornibus feriunt, equi calcibus pedum posteriorum. Elephantus proboscide pugnat, leo prædam unguibus ac dentibus dilaniat, canis dentibus mordet.

Aliæ sunt mansuetæ, aliae ferae. Sed nullum est quadrupes²⁾, quod non aliquam hominibus utilitatem præbeat. Alia pelle, alia pilis, alia

alia carne ³⁾), alia viribus suis profunt generi humano.

1) sc. bestia. 2) sc. animal. 3) caro.

II. Fortsættelse.

Quadrupedes pro ratione pedum in certas formas dividi solent. Habent nimirum vel ungulas, vel digitos.

Quæ ungulas habent, in quinque classes dividuntur. Aliæ habent ungulas indivisas, ut equus, asinus; aliæ habent divisas ut bos, ovis, porcus; ternas habent rhinoceros; quadrifidas hippopotamus; quintuplices elephas.

Quæ digitos in pedibus habent, profunt & ipsæ ¹⁾ in quinque classes dividi. Aliæ nimirum binos habent digitos, ut camelus; aliæ ternos, ut tardigradus; aliæ quaternos, ut sciurus; aliæ quinos, ut canis, felis, ursus, leo aliæque quam plurimæ; aliæ pedes membranis natatoriis instructos habent, ut castor, lutra, canis marinus.

Quadrupedum ungulatarum genera pauciora sunt quam earum, quæ digitos habent.

1) ligeledes §. 222.

III. Famine Dyr.

Equus inter omnes bestias maximæ hominibus est utilitati ²⁾ & commoditati, cum & ad agros

agros colendos ²⁾, & ad cursuram, & ad vecturam, & ad rem militarem idoneus sit, quin etiam ad machinas quasdam movendas adhibeat. Ungulas haber, quibus soleæ ferreæ inducuntur. Posterioribus pedibus calcitat.

Taurus & vacca cum vitulo permagnas hominibus utilitates adferunt. Tauri enim plaustro & arato junguntur, postea saginati saluberrimum cibum præbent, sed oneribus gestatis non sunt idonei. Vaccae magnam lactis copiam suppeditant, ex quo butyrum & casei conficiuntur. Hæ pecudes nullos habent dentes superiores. Gramina & herbas lingua depascunt; hoc pabulum, paullum dentibus comminutum ⁴⁾ ad fauces demittunt, mollitumque ⁵⁾ in os rursum retrudunt & ruminant.

1) er til største Nyete, er meget nytlig §. 150. 2) til Agerdyrkning. 3) til at bære Byrder. 4) naar det er knust §. 180. 5) efterat det er blevet blædt §. 179.

IV. Fortsættelse.

Afinus licet equo & bovi cedat, tamen est utilissimus. Est enim idoneus oneribus portandis, & vilissimo pabulo; ut foliis, carduis, stramine, contentus. Lac asininum hominibus tabidis saluberrimum est, & ex pelle membranæ conficiuntur. Est etiam genus silvestrium asinorum,

rum, quos onagros vocant, quorum pulcherrimi in Aethiopia reperiuntur.

Ovis, pecudum mitissima, gestat lanam, unde omnia pannorum genera conficiuntur. Præterea nutrit homines carne & lacte, unde butyrum & casei parantur. Ex pelle ejus calceos & ocreas, ex intestinis chordas faciunt. Eadem commoda, lacte excepto¹⁾, præbent aries, mas ovium, vervex & agnus. Haec pecudes ut boves & vaccæ, ruminant.

Capra potissimum laetis causa alitur. Capra male olet, habetque cornua, quibus multæ capræ carent.

Sus, immundum animal, carnis præcipue & lardi causa alitur. Habet fetas.

1) naar man undtager Melken, Melken undtagen §. 193.

V. Fortsættelse.

Canis, animal omnium fidelissimum, cæcos parit pullos. Per multa sunt canum genera. Utilissimi tamen venatici, qui ad feras capiendas, pastorales, qui ad tuendas & continendas pecudes, & villatici, qui ad domos villasque custodiendas idonei sunt. Advénas latru indicant. Morigeri sunt & ad varia dociles. Mira sunt fidelitate, neque dominum suum, licet ab eo male tracentur, deserunt. At rabiōsi canes ne dominis quidem parcunt¹⁾, quare,

quare exemplo ejusmodi canis rabidus interficiendis est. Canes sagaces vestigia ferarum odore sagiunt, earumque lustra & cubilia investigant.

Felis, blandum quidem animal, sed simul perfidum atque insidiosum; purgat domum muribus, quos captos²⁾ quasi illudit, tumque devorat. Oculos habet, quibus etiam noctu certnat. Munditiae studiosa³⁾ est. Os, instante tempestate⁴⁾, anteriori pede lavat. Præter domesticas feles sunt etiam feræ, quæ lepusculos avesque venantur.

1) §. 152. 2) §. 179. 3) §. 140. 4) §. 193.

VI. Fortsættelse.

Mulus ex asino & equa nascitur, matri similior, quam patri. Asinos magnitudine & celeritate superat, atque utilissimus est ferendis oneribus.

Camelus, orientis gentibus utilissimus, collum habet longum, & in dorso gibbum. Aliud camelorum genus bina habet in dorso tubera. Onera fert longe maxima, currit celeriter, sitimque tolerat ad novem usque dies. Aquam, ante quam bibit, turbidam reddit. Dat signo, in genua procumbit, onus suum excepturus¹⁾.

Machlis (tarandus) cornibus ramosis instructa, ut cervus, septentrionalibus terræ par-

partibus, in primis Lapponis, propria est. Multiplicem illis gentibus usum ad fert. Aestate enim tarandis onera imponunt, hieme eosdem trahis jungunt. Eorum carne, cruento, lacte, ex quo & caseos conficiunt, vescuntur Lappones. E pellibus vestimenta & domorum tecta, ex ossibus & cornibus varia utensilia, ex intestinis chordas, fila ac funes parant. Cursus tarandi multo est velocior, quam equi.

1) for at tage på sig. §. 185.

VII. Fortsættelse.

Elephantus (*elēphas*), terrestrium animalium maximus ac prudentissimus, in Asia atque Africa reperitur, & facile mansuescit. Adultus ¹⁾ ad quindecim pedes altus est. Crasso in capite oculos habet minutos, aures magnas, & in utrāque oris parte quatuor dentes, quibus cibos mandit. Præterea ex ore ejus duo alii dentes horrendæ magitudinis, ebōris nomine nōti, prominent, quorū unus subinde pondus habet librarum centum & quinquaginta. Hos inter dentes proboscis exstat longissima maximeque flexilis, qua spirat, olfacit, aquam haurit, pabulum arripit, orique insérit; qua, ut manus, ad multa utitur ministeria; quadenique pugnat & hostem prosternit, quem deinde pedibus contérit. Natans ²⁾ proboscidem in altum tollit, dormiens humo infigit. Ita in aquis com-

møde

møde spiritum dicere, & per somnum cavere potest, ne nus aut aliud animal irrepatur. Proboscide fangiata ³⁾ aut détruncata, actum de eo est. Vesicatur ⁴⁾ arborum foliis, graminibus & herbis. Imponuntur ei gravissima onera, & optimi in bello turriculæ, militibus repletæ.

1) adolesto naar den er bleven stor. 2) naar den svemmer §. 180. 3) naar Sna-
belen er saaret §. 193. 4) §. 163.

VIII. Vilde Dyr.

Cervus duo habet cornua ramosa, quæ quotannis verna tempore abicit, novisque cornibus committat, & quibus fit medicamen illud, quod cornu cervinum vocatur. *Cervus* caret cornibus. Caro cervina vel cocta ¹⁾ vel affa comeditur, & e pellibus ocreæ ac femoralia considuntur.

Capreolus cum caprea cervo minor est, minoribusque cornibus instrutus, quæ non vere, ut *cervus*, sed autumno dejicit. Caro ejus & pellis usui est ²⁾ hominibus.

Aper duo habet dentes exsertos, quibus pugnat, & vulnera letalia infligit. Lardum non habet, at carnem jucundi saporis.

Lepus, timidissimum animal, insigni velocitate præditus est. Longas habet aures, & posteriores pedes anterioribus longiores, quo sit, ut salire perniciter possit. Pili rutili sunt; in

Al-

Alpibus tamen & ad septentrionem candidi reperiuntur.

1) cōrvo. 2) geraader til Nyete, et
nyttigt §. 150. b)

IX. Fortsættelse.

Cuniculus minor quidem lepore, sed paulo fortior. Cuniculos agit sub terra, undenomen habet, inque eos urgentibus canibus 1) statim penetrat, sed ope viverrarum, quæ cuniculis infestæ sunt, inde extruditur. Pelles eorum vestibus pelliceis inserviunt.

Vulpes, omnium bestiarum callidissima, in cavernis habitat. Delectatur carnē gallinārum, perdicum, lepusculorum, sed vescitur etiam ovis, melle, caseo, pomis. Pelles & cauda vulpinæ corpori humano adversus frigoris vim muniendo 2) inserviunt. Rarissimæ sunt pelles nigræ, quæ maximo prelio venduntur. Pulicūm morsibus vexata vulpecula in promtu habet consilium, quo se sese iis libereat. In aquam sensim profundius descendit rētorsum, foeni manū pulum ore gestans 3). Pulices metu mortis repente desiliunt in illud asylum; quod 4) dum sentit vulpes, projecto manipulo 5), uno saltu in ripam aufugit. Vulpes, amnes gelatos transiit 6), aure ad glaciem apposita 7) crassitudinem ejus conjectare dicuntur.

1) naar hundene gaae den paa livet
§. 193. 2) til Bestiermæsse §. 170.

3) i det den holder §. 179. 4) for, hoc igitur naar nu dette §. 216. 5) saa først den Hundet bort, og &c. §. 196.
6) §. 180. 7) 196.

X. Rovdyr.

Leo, qui rex quadrupēdum appellatur, in Asia & Africa reperitur. Circum caput & pectus longam habet jubam, qua leæna caret. Ceteræ corporis partes pilis brevissimis fulvi coloris teguntur, ut pæne nudæ esse videantur. Lingua ejus, limæ similis, attenuat lambendo cutem hominis. Cauda longa est, crassa & tam robusta, ut hominem ea prosternere valeat. Irratus eam agitat ferociter. Incessus est superbus, vox horribilis, impetus violentus ac furens. Feras, quas persequitur, saltu prehendit, tumque robustis dentibus facile ossa confringit, eaque una cum carne deglūtit. Nullum periculum timet, nec limis unquam oculis quemquam intuetur. Hominem non invadit, nisi fame coactus 1). Ignem fugit, non vero, ut olim creditum est, gallorum gallinaceorum cantum.

1) cogo.

XI. Fortsættelse.

Tigris, bellua omnium crudelissima, non nisi in calidissimis Asia regionibus nascitur. For-

ma seli familis est, magnitudine asinum fere æquat, Pellem habet pulcherrime virgatam, quae magni aestimatur ¹⁾. Velocitas ejus pene est incredibilis. Omnium animalium sanguinem sitit, ideoque sine discriminē & homines & bestias adoritur. Rarissime mansuetus. Mari-
bus ²⁾ non est cura sobolis, feminis vero maxi-
ma; quare saevissimæ sunt, foetu erepto ³⁾.

Pardus seu panthéra, magnitudine vitali, Africam incölit, pellem habens ⁴⁾ ma-
culosam. Eadem illi ⁵⁾, quæ tigridi, saevitia
est, idem robur, attamen multo rarius, quam
tigris, homines adoratur, nec nisi necessitate sa-
meque coactus.

Leopardus & ipse ⁶⁾ in Africa vivit.
Minor est pardo, sed multo pulchrior. Pelle
enim flava, plurimisque maculis minoribus di-
stincta ⁷⁾ superbit. Tigridi nec robore ⁸⁾ nec
rapacitate cedit, hominibus tamen minus in-
festus.

1) bliver øget høit 145. 2) Hanner-
ne have ingen Dømsorg 151. 3) 193.
4) og har 184. 5) illi est den har 151.
6) ligeledes 212. 7) distingvo, tegnet.
8) i Styrke. Hvor? 102.

XII. Fortsættelse.

Rhinoceros, elephato minor, in Asia
& Africa australi reperitur. Crassissima durissi-
maque cute munitus, qua multis plieas facit.

Os habet simile rostro suillo, & in naso cornu
prævalidum, saepe tres pedes longum, quo
vel arbores e terra potest evellere. Homines
non nisi lacestrus ¹⁾ adoritur. Hostis est ele-
phantu, neque tameu pugna cum eo ineundæ ²⁾
cupidus. In demicatione cum eo alvum maxime
petit, quam scit esse molliorem ³⁾. Raro ta-
men vincit elephantum. Herbis vescitur, sed
idem ⁴⁾ panem, quo quinque homines satiari
possent, ceu unum bolum devorat.

Hippopotamus magnitudine rhinocer-
otem fere æquans in Africa australi habitat.
Caput habet ingens, rictum vastum, coriumque
tam crassum, ut ex eo tornantur hastæ. Fru-
gibus vescitur & piscibus.

Lynx omnium quadrupedum acerrime,
carnere dicitur. Habitat potissimum in terris
septentrionalibus, ac pellem habet rubicundam
& maculosam. Arbores conscendit, ex iisque
in bestiam prætereuntem summo impetu irruit,
unguisque tenacissime prehendit, nec dimi-
tit donec exspiraverit.

1) lacestrø. naar den bliver farret 180.
2) begynde Strid med den 169. 3) om
hvilken den veed at dener blødeste 217.
4) og saa 222.

XIII. Fortsættelse.

Ursus acutissime cernit, audit & olfacit.
Habitat in silvis frigidarum regionum. Colore
est

est aut nigro, aut fuso, aut albo. Pedibus anterioribus ferit & pugnat, posterioribus insistere atque erectus¹⁾ ambulare potest, unde ursi manuëfacti etiam saltare discunt. Ursi albi, qui in littore maris glacialis habitant; ceteris majoribus sunt & crudeliores, & pisibus, phocis, balenis pascuntur. Pelles ursorum vario hominibus usui sunt.

Lupus, animal crudele & rapax, cani forma²⁾ simillimus est, acerissimæ tamen inter hunc & illum sunt inimicitæ. Magnum lupo robur est; ita ut ovem faucibus comprehensam velocissimo cursu auferat. Equos a fronte, tauros a tergo adoritur. Praeter pelles lupinas nullus fere est hominibus³⁾ ex hac bestia usus, & carnem etiam lupinam cetera animalia aversantur. Lupi non domantur⁴⁾. Ignem vehementer timunt; quare venatores solent secum portare pyritas, & conspecto⁵⁾ lupo scintillas elicer, quibus vasis⁶⁾ anfugit.

1) erigo. 2) af Skobning 102. 3) est hominibus Menneskene have 151. 4) lad sig ikke gisre ramme 62. 5) ved Sy net af en Ulv 197. eller, naar de saa en Ulv. at see 193. conspicio. 6) video ved Sy net deraf.

XIV. Nogle andre fireseddede Dyr.

Simia potissimum in Asia & Africa reputatur. Multa sunt simiarum genera. Aliæ cau-

das

das habent, aliæ iis carent, & haec quidem hominis figurae sunt simillimæ. Erectæ ambulant, anterioribusque pedibus, ut homines manibus, ad varia ministeria utuntur, iisque lapides aliasque res in hostes jacunt. Vescuntur sedentes¹⁾ escam manibus capiunt orique inservunt. Omnia fere, quæ homines agere viderint, imitantur. Catulos valde diligunt, eosque saepe ostentant, quin amplectendo eos interdum necare dicuntur. Hinc sit, ut stultum illum amorem, qui liberis perniciosus est, simiarum amorem appellare soleant²⁾.

Sciurus, nitidum animal, alacre ac festivum, colore rutilo, villosum habet caudam. Vescitur sedens, & prioribus, pedibus cibos; nuces nempe & poma, ori admovet. Habitat in ramis arborum silvestrium, raro in planitiem descendit. Nigri sciuri rari sunt, sed multo rariores nivei.

1) siddende 187. 2) man pleier 225.

XV. Fortsættelse.

Castor pedes anserinos habet ad natandum, caudam squameam & pellem pretiosissimam, cuius e pilis panni & pilei conficiuntur. Inter bestias castores architecti sunt artificiosissimi. Domicilia enim trium contignationum prope flumina sibi construunt tam mirabili arte, ut hominum opus esse videantur. In his ædibus auc-

tum-

tumnum & hiemen consumunt, & partim piscibus, partim collectis foliis & corticibus arborum vivunt. Ineunte vere ¹⁾ discedunt atque in silvis degunt. Plurimi castores in America septentrionali inveniuntur.

Herinaceus aculeos pro pilis habet. Ubi venantem sentit, corpus contrahit in pilam formam, ne quid ²⁾ comprehendendi possit, praeter aculeos. Venatur mures. Per aëstem & auctumnam cibos fibi comparat, quibus ³⁾ hie me fructatur. Aculeis poma, super ea se voltans ⁴⁾ affigit, ac domum resert.

Hystrix & ipse aculeos habet prælongos, duros & acutos, quibus se defendit. Idem acibus lardariis inserviunt:

1) I Begyndelsen af Føraaret 197.

2) for, aliquid, at intet 223. 3) for, ut iis, for at 211. 4) i det den vælter sig hen over dem 179.

XVI. Fortsættelse.

Mus, quadrupedum minimus, corpori humano nullam fere infert injuriam. Hinc non est, quod ¹⁾ mures extimescamus. Cibos autem arrödunt atque devorant. Inimicos habent feles & herinaceos. Inveniuntur & candidi mures. Agrestes mures, sub terra nidalantes, agros effodiunt, & frugibus multum damni ²⁾ afferunt.

Talpa, quae pellem habet tenerrimam ac mollissimam, degit sub terra defossa, maximē

que hortos & prata infestat, quæ cuniculis perforare solet. Lumbricis vescitur. Præter pluviam atque hominem nullum sere inimicum novit.

Mus montanus, festivum animal, reperitur præcipue in Alpibus & in Sabaudia. Fodit sibi profundas sub terra cavernas in quibus per hiemen dormit, ac vere redeunte rufus procurrit. Capti hi mures cicurantur, discunt saltare aliasque artes, & edoëti ³⁾ a Sabaudiis circumferuntur spestanti ⁴⁾.

Vespertilio est animal quadrupes, cuius pedes, membranis involuti, volando sunt idonei. Lucem fugit, & noctu tantum evolat. Pascitur variis insectis, sed delectatur etiam larido & carne, quamobrem saepè in rusticorum fumariâ desuper devolat.

1) har man ikke Karsag at være bange for 208. 2) 142. 3) naar de ere afrettede. 4) for, ut spectentur for at lade dem see 186. 5) til at flyve 170.

Anden Klasse.

I. Om Fuglene overhovedet.

Aves a quadrupedibus pedum numero, alis. rostro, plumis, voce & generatione différunt.

Omnes aves bipedes sunt, pedes tamen varii, cum aut duos, aut tres, aut quatuor digitos

gitos habeant, vel disjunctos, vel cuto quadam conjunctos. Pedibus etiam vario modo utuntur; aliæ enim ambulant, ut cornices; saliunt aliæ, ut passeres; currunt, ut perdices; ante se pedes jacunt, ut eiconiae.

Binæ omnibus avibus alæ sunt, quibus omnes volant, præter struthiocamelum & casuarium.

Omnis habent rostra cornea, aliæ brevia, aliæ longiora; aliæ adunca, aliæ recta. His rostris cibum capiunt, aut granis vescentes, aut carne. In iis bina foramina habent ad olfactum, sine nasis.

II. Fortsættelse.

Aves plumis teguntur, quarum colores eximie differunt. Sunt niveæ, ut oloribus ¹⁾; atræ, ut corvis; versicolores, ut columbis; auro fulgentes, ut pavonibus. Aliæ cœruleas, aliæ rubras, aliæ flavas, aliæ virides, aliæ mixtas habent e variis coloribus pennas.

Avium voces a ceterorum animalium vocibus facile distinguuntur. Multæ eafum cantu mulcent aures, sed mares tantum suaviter cantunt, femellarum soni breves ac rauci sunt.

Avium nulla ²⁾ vivos pullos parit, sed femellæ ova ponunt, quibus incubantes ³⁾ pullos excludunt. In construendis ⁴⁾ autem nidis earum mira est varietas.

Plu-

Plurimæ aves ingluviem habent, gutturi adhaerentem, in quam cibos demittunt, antequam ii in ventriculum descendunt. In ista ingluvie cibi macerari incipiunt.

- 1) paa Spanerne.
- 2) ingen fugl 138.
- 3) over hvilke de ruge, og &c. 184.
- 4) i at bygge, eller, i Bygningen af deres Reder 174.

III. Huusfugle.

Gallina, domesticarum avium utilissima, ova ponit, tum nutriendis ¹⁾ hominibus, tum propagandæ soboli. Quoties ovum peperit, canitu prodit lætitiam. Magno amore pullos protegitur, quos nunc fover, nunc ad minutalia vocat, nunc de periculo admonet ac defendit. *Gallus gallinaceus*, mas gallinarum, magnitudine, gravitate, robore ac pulchritudine uxores sñas longe superat. Majorem gerit cristam, pedes calcâribus sunt ornati, caudam falcatam semper erigit. Superbus incedit. nec socium tolerat, cum solus rex esse velit gallinarum. Inde dira inter gallos nascuntur certamina, quæ non ante finiuntur, quam si unus vicebit ²⁾; alter vero campum vietus reliquerit. Tum viator alis auras verbèrat. Gallus crebro coelum adspicit, nec tantum diei venientem cantu nunciat, sed etiam aëris alternante temperie ³⁾ cantare solet.

1) til

- 1) til Menneskenes Føde 170. 2) vinco.
3) naar Veret forandrer sig 193.

IV. Fortsættelse.

Columba, avis timidissima & mansuetissima, vescitur frugum leguminumque granis, quibus in ingluvie maeeratis²⁾ etiam pullos nutrit. *Columbae* varii sunt coloris²), eaque vel domesticæ vel agrestes. Domesticæ ab hominibus aluntur, agrestes in agros evolant, ibique pabulum querunt. Munditiae amantes³⁾ fæpe lavantur⁴⁾ & foetorem aversantur. Caro earum saluberrima est ac boni saporis.

Gallus Indicus, (*gallopavus*) rostrum habet leviter aduncum, & sub collo paleam rubram. Super rostro barbae instar caruncula dependet rubicunda. Superbus est & iracundus, Crebro fese inflat, ac turgidus incedit. Caudam, sicut pavo, rotat, & alas utrimque demittit. Rubrum colorem vehementer odit. *Gallina Indica minor* est, & voce etiam distinguitur. Gallus enim suo more cucurrit, gallina tantum pipat. Hæc ubi nisum rapacem videri aëre volitantem, exemplo signum dat pullis suis; quo cognito¹⁾ omnes terrore perculsi⁶⁾ se abscondunt. Simul ac nisus avolavit, mater, alio signo dato, pullis securitatem indicat. Mox illi e diverticulis suis profiliunt, & ad quærenda pacula progrederiuntur.

1) efterat de ere blevne blæde 179. 2) af forskellig Farve 143. 3) fordi de elſſe

Reenslighed 182. amans, brugt som Adjektivum, tager Genitivet til sig 141 c). 4) hæde sig. 5) hvorpaa disse, saasnart de hørte det cognosco. 6) percello

V. Fortsættelse.

Pavo inter omnes reliquas aves forma excellit. Eum sane pennarum colores, aureus, cœruleus, purpureus, viridis, niger, gradibus inter se mixti, crista in capite & forma capitinis faciunt avium omnium pulcherrimam. Superbus incessus indicare videtur, ipsum pavonem intelligere pulchritudinem suam. Laudis cupidus¹⁾ est; laudatus²⁾ enim caudam splendidissimis coloribus pictam, tanquam flagellum expandit, adverso maxime sole, quia sic magis fulgent colores. Verum autem tempore, quo caudam splendentem amisit³⁾, pudibundus ac moerens quaerit latèbram. Sed turpissimos idem habet pedes, quos, quoties adspicit, lamentabili voe deflere videtur.

1) 141. 2) 180. 3) amitto.

VI. Svæmmefugle.

Aves natantes seu palmipedes inter digitos membranam habent, qna explicata¹⁾ natatus earum adjuvatur. Eadem rostra habent obtusa ac paulo latiora, quibus multum aquæ uno haustu sorbere, quidquid²⁾ in ea sit nutrimenti,

menti, separare, & quidquid non alibile sit, re-
jicere possunt.

Anser pedes habet ad natandum aptos, Præbet nobis plumas ad molles lectos, calmos ad scribendum, & carnem sapidissimam ad ve- scendum. Sunt autem anserum alii³⁾ cicures, alii feri, quorum verlus septentrionem magna multitudo est. Feri minores sunt, quam cicu- res; iidemque adventante hieme⁴⁾ in regiones calidores migrant. Tum cuneatimi volant, ita, ut suum quisque collum præcedenti impōnat, & magnum in aëre clamorem tollunt.

1) Hvorved, naar de brede dem ud 180.
eller, ved hvil Udsprænging 187. 2) al-
den Føde 142. 3) 138. 4) mod Vinter-
ens Komme 197.

VII. Fortsættelse.

Anas, anser minor, & ipsa pedes habet, membrana natatoria instructos. Sine aqua de- gere non possunt anates, maximam victus par- tem in ea quærentes¹⁾, & pesciculis aliisque animalibus aquatilibus insidiantes. Ova anatum sepe gallinis excludenda²⁾ supponuntur. Tum gallina pullos, qui exeunt ex iis, ut suos amat, eorumque saluti valde timet, cum parvæ anati- culæ in undas prosilient audacter, ibique cir- cumnantat. Anates & mansuetæ & feræ inve- niuntur.

Olor

Olor candidus, & ipse est ex genere avium aquaticarum, quæ palmipèdes sunt. Ve- scitur insectis, pescibus plantisque aquaticis. E- tiam olores vel cicures sunt, vel feri, atque hi, ut feri anseres atque anates, sub hiemen comeant, & frigidas regiones relinquunt. O- lorem morientem flebiliter canere, falso olim creditum est³⁾.

1) da, eller, fordi de føge 182. 2) for-
ut excludantur, for at udelægges 186.

3) har man troet 226.

VIII. Mosefugle.

Aves palustres rostra habent longiora¹⁾, longa item colla, longosque pedes, breves autem caudas; quæ structura corporis avibus hisce, quibus vado sæpius eundem²⁾, & cibus ex undis depromendus sit, aptissima est.

Grus est ex genere avium peregrinanti- um³⁾, quæ sub hiemen in calidores regiones avolant, quod idem⁴⁾ faciunt ciconiæ, coturni- cices aliæque. Tum altissime surguunt volatu, ut regiones, quas petunt, e longinquò possint videre, tumquæ inter volandum trianguli formam efficiunt, atque ipsa tergo prævolantium capita repontunt. Noctu nonnullæ excubias agere dicuntur, lapillum pede sustinentes⁵⁾; qui⁶⁾ si per somnum deciderit, eas excitet. Ceteræ dormiunt capite subter alam condito⁷⁾, altero pede insistentes.

Ar-

Ardea p. scibus delectatur, ideoque pisces multum damni insert. Alte volantes ³⁾, *procellam annunciant ardeæ. Ad eas capiendas* ³⁾ *falconibus utuntur venatores.*

1) lange, temmelig lange 133. 2) som maa gaae 166. 3) Trækfugle. 4) og saa 222. 5) da de imidlertid holdt 179. 6) for, ut is for at den 211. 7) i det de stikke hovedet under en af Vingerne 192. 8) 180. 9) for at fange dem 172.

IX. Fortsættelse.

Ciconia perlóngum habet rostrum, quo crepitat, longosque pedes. Nidulatur in altis arboribus aut tectis, & purgat agros, hortos & prata serpentibus. Ciconiæ sunt aves migrantes, quæ auctumno frigidas terras desérunt. Redentes ciconiæ nidos eosdem repetunt, earumque reditus ver annunciat. Sed quoniam e loco veniant, aut quo se conseruant, incómpertum adhuc est. Abituræ ¹⁾ *congregantur in loco certo, atque uno die abeunt. Nemo autem vidit eos neque advenientes* ²⁾, *neque abeuntes. Utrumque nocturno fit tempore. Ciconiæ pullos suos vehementer amant. Sed hi etiam gratiani mi præbent exemplum, quippe qui maxima cura & pietate soveant parentes, senio confectos* ³⁾.

1) naar de vil trætte hørt 180. 2) 180. 3) conficio.

X. Rovfugle.

Aves rapaces seu carnívora sunt duplices generis. Aliæ enim interdiu, aliæ noctu venatum ¹⁾ *exeunt. His omnibus datum est caput grande, lingva lata, crassa & carnosa, crura robusta, quorum unguibus prædam arripiunt & comprehendunt. Et rostrum & ungues habent aduncos & acutos, & ad discerendum, quæ cernerint, accommodatos. Acerrimo denique viu prædictæ sunt, ut e longinquo prædam cernere possint. Avium rapacium femellæ pulchiores & parte tertia* ²⁾ *majores sunt, quam mares, cum in reliquis avium generibus eæ sint maribus minores, debiliores & minus speciosæ.*

Aquila rex avium, nidificat in petris altisque arboribus. Habitat in montanis Europæ australis regionibus. Venatur non tantum aves, sed etiam hinnulos & lepores. Testudines raptas frangit e sublimi jaciendo ³⁾. *Omnium altissime volare dicitur.*

1) paa Jagt 164. 2) en tredie Deel 130. 3) der ved, at den lader den falde 173 3).

XI. Fortsættelse.

Falco nidulatur in summis rupibus, ex iisque tanquam e specula prospicit lepusculo, cuniculos, perdicos, cuius generis animalia venari solet. Ceferime atque altissime volant fal cones,

cones, iisque cicuratis ¹⁾ venatores utuntur ad venandas alias aves. Foetorem vehementer adversantur, nec unquam attingunt cadavera.

Vultur aquilam magnitudine corporis aut æquat aut superat. Venatur lepores, gallinas, nonnullos etiam pisces. Plerumque in exanima corpora seu cadavera involat, iisque vescitur. Vultus immanis est voracitas, odor acerrimus. Alii sunt nigri, alii rubicundi, alii fuscii, alii mixtum habent ex albo, & nigro colore.

Accipiter habitat in muris & pinibus, & venatur hirundines, alaudas, perdices.

Milvius est ex accipitrum genere. Venatur gallinas, anates, anseres.

1) naar de ere afrettede 180.

XII. Natlige Novfugle.

Aves rapaces nocturnæ interdiu cœtiunt. Acerrime cernunt ad lucem crepusculi, aut post occasum solis; item ubi noctu luna fulget. Tum venatum ¹⁾ exire solent. Si quando ²⁾ interdiu exire coguntur, aut forte ab homine alicubi in arbore colligantur, nec volare, nec pedem promovere audent. Tum ceteræ aves advolare, rostris eam percutere, & omnibus modis vexare solent. Illæ, stupidis similes, omnes contumelias perférunt, aut supinæ recumbunt, atque unguibus se rostrisque defendunt.

Ce-

Natlige Novfugle.

Ceterum haæ aves auditæ præditæ sunt acerrimo, rostro brevi & aduncæ, unguibus ténacibus; volant, non recta, sed transverso impetu, & quam minimo cum sono, adeo ut propter aurem prætervolantes vix audiantur. Quædam ejus generis aures plumeas eminentes habent, aliæ ijs carent.

1) 164. Nota. 2) fer, aliquando 223.

XIII. Fortsættelse.

Bubo ab aliis avibus nocturnis discernitur immani capite, auribus patulis, longioribus plumis utrinque super oculos eminentibus, oculis magnis, torvis & fulgentibus, pupillis latis, nigris & fulvo orbe, ceu annulo, circumdatis. Bubo deserta incölit, nec tantum desolata, sed etiam dira & inaccessa, ut rupes, turrium aut arcium excelsarum ruinas; raro in planitiem descendit. Venatur plerumque pullos leporinos, cuniculos, talpas, mures. Venatores utuntur bubone ad vultarem alliciendum, solentque caudam ei vulpinam addere, ut monstrosiorem reddant. Tum vultur novitate monstri commotus, quasi miraturus, advolat, atque ita aut capitur, aut occiditur.

Ulula caput rotundum, crassum & plumis quasi velatum. Aestate habitat in cavis arboribus. Hieme interdum ad hominum domicilia aceedit. Vescitur aviculis, gliribus,

muribus, quos in campis venatur. Nonnumquam in horrea involat, glires & mures ibi venatur ^{1).}

1) for at jage 185.

XIV. Løbende Fugle.

Aves currentes grandius ¹⁾ habent corpus alasque breviores, quam ut volare possint. Pennæ igitur ad hoc tantum iis datæ videntur, ut *currentes* ²⁾ adjævent.

Struthio camelus (*struthio*), omnium avium maxima; Africam incolit, & eam Afriæ partem, quæ Africæ adjæcit. Longus est oœto aut decem pedes, ut altitudinem equitis insidentis equo, excēdat. In cauda pennas habet albas, quæ magni aestimantur. Ova quotannis parit ad ³⁾ tringinta aut quadraginta, ex quæ tantæ magnitudinis, ut tres aut quatuor libras pendant, unoque eorum consumo ⁴⁾, duo vel tres homines commode satientur. In calidissimis regionibus ova calori solis excludenda dicuntur relinquere. Propter amplitudinem ac duritatem vasa ex his ovis parari solent. Narrant quidam, si venatorem persequentem fugiat, viribus tandem deficientibus ⁵⁾, caput occultare, ne illum videat; at, dum latere se putet, a venatoribus capi. Aræbes fustibus eos confidunt, ne candor plumarum sanguine contaminetur.

Sangfugle og andre Fugle.

Casuarius, struthione minor, in India orientali vivit.

1) for stort 133. 3). 2) i Løbet 187. 3) henved. 4) ved at spise eet eneste deraf. 5) og (naar) Kræfterne slaa den feil 193.

XV. Sangfugle og andre Fugle.

Aves canoræ rostrum rectum & acutum habent.

Luscinia cantat suavissime omnium, sedens in umbrosa arbore. Quanta vox tam parvo in corpuculo, quam pertinax spiritus! Vernis mensibus per totam fere noctem dulci suo cantu auditores delectat. Capta & caveæ inclusa diutius canit. Autumno abeunt lusciniæ, vere inuenire redeunt.

Alauda nidulatur in segetibus, & suavissime cantillans alte evolat in ærem. Carnem ejus délicati homines in deliciis habent.

Coturnix breves habet alas, breuemque caudam. Cantat, humi sedens.

Psittacus doceri potest, ut loquatur, hoc est, verba saepius inculcata reddat. Viridis est toto corpore, torque tantum miniato in service distinctus. Centum annos vivere dicitur.

Sturnus & ipse humanas voces imitatur, ut *psittacus*. Solent *sturni* cætervatim volare.

Maxime insectis vivunt, & ex Europa in Aegyptum migare dicuntur.

XVI. Fortsættelse.

Pardix in planicie, maxime in agris consistit degit. Receptaculum spinis & fruticibus sic munit, ut contra accipitres & aquilas abunde vallerur. Præterea magnam perdices calliditatem produnt in tuendis pullis, eluendisque auecupantium insidiis.

Hirundo, ut passer, nidulatur in domibus. Nidum luto construit & stramento roboret. Quedam hirundines sub hiemem avolant in peregrinas regiones; redeuntes ver annunciant. Aliæ autem remanent quidem in patrio solo, sed sub hiemem relictis¹⁾ nidis gregatim se abscondunt ad ripas fluviorum aut piscinarum. Ibi postquam pennas oleo quodam ipsis propriis inunixerunt²⁾, constipatae in torporem incidunt, ex quo non nisi proximo vere in vitam redeunt, nidosque derelictos³⁾ repetunt. Infectis alatis vescuntur, volando captis.

Corvus, qui nigro colore est, cadaveribus vivit. Ea re impediunt corvi, quo minus⁴⁾ pestilentes morbi foetore cadaverum excitentur.

Cuculus non ipse construit nidum, sed ova ponit in nido currucæ, quæ ea pro suis excludit.

1) forlade de deres Neder, og &c. 19
2) inungo. 3) derelingvo. 4) at ikke. 11

Tredie Classe.

I. Om Fiskene overhovedet.

Piscis tantum vivit in aqua, extra quam, excepta anguilla, cito exspirat. Habet pinnas ad natandum, branchias ad respirandum, & spinas loco ossium. Plerique pisces squamis teguntur¹⁾, humore lento obductis, ut carpio, lucius; aliæ sunt glabri, ut anguilla. *Vesicam*, quam intus habent, modo comprimunt, modo expandunt, prout submergi aut emergere ipsis libuerit. Oculos & aures ita habent structas²⁾, ut vitae aquatice sint aptissimæ. Collum non habent, itemque vocis omnes sunt expertes³⁾. Multi pisces sunt rapaces, præacutis dentibus armati⁴⁾. Sunt etiam volatiles pisces, qui aliquamdiu volare possunt. Feminae piscium matres sunt, quæ mares.

1) ere bedækkede 62. d). 2) for, aures, quæ habent. ita sunt structæ, deres Dren ere saaledes indrettede. 3) uden Stemme, stumme 141.

II. Fortsættelse.

Mares piscium lac habent, femellæ ova, unde pisciculi excluduntur. Femellæ, ova editura¹⁾, ad oras maritimæ aut fluviorum ostia se conferunt, ubi magno numero capiuntur. Deposita ibi in limo ova solis calore excluduntur.
II

tur. Una de nonnullis generibus femella quattuor centies plus mille, quin adeo plus milles mille ova parere dicitur. Quidam pisces vivos pullos pariunt, ut balæna, anguilla. Quædam pisculum genera, ut avium, migratio-nes annuas instituunt. Sic halæces, e septen-trione austrum versus migrant, sortasse, ut voracem rictum persequentium²⁾ ipsos ceterorum effugiant. Ceterum pisces vel hamis, vel nassus, vel retibus capiuntur.

1) naar de visslege 180. 2) dem følgende 176.

III. Hvalfisken.

Balæna (cetus), belluarum omnium maxima, sexaginta aut septuaginta pedum¹⁾ longitudinem habet, cuius tertiam partem caput implet. In interfecto corpore quinquaginta circiter homines ambulare possunt. Olim, quum minus, quam nunc, balænis insidiarentur homines, multo majores, nonnunquam centum pedes longi inveniebantur. Rictus duodenæ cubita latitudine excedit, gula autem tam angusta est, ut minorés tantum pisces deglutiire possit. In capite bina habet spiracula, unde aquam quum ludit, aut sanguinem, quum vulneratus est, summa vi summoque strepitu, tanquam fonte salienti, ejaculatur. Femina non ova praedita, ut plurimi pisculum, sed animalia viva, quam mammis nutrit.

Den længde af 60 fod 143.

IV. Fortsettelse.

Captura tanti pisces admödum molesta est & periculosa. Qui capere eum volunt, scapha, sive navi leviore, quam proxime accedunt, sedulo caventes, ne cymbam attingat cauda, quatuor interdum ulnas lata, quippe qua maiorem navem evertere valeat. Tum jacula hamata, longissimo funi annexa¹⁾, in corpus ejus pinguissum summa vi conjiciunt. Quo facto balæna vulnerata promovet se quidem nonnihil & submergitur, sed mox emergit, quum²⁾ aere ad respirandum carere non possit. Nonnunquam vero percussus³⁾ cetus ad fundum maris delabitur. Quod⁴⁾ si fit, pescatores funes, quibus jaacula alligata sunt, præcidant necesse est⁵⁾, ne navis evertatur.

1) annecto. 2) quum da tager Conjugativet til sig 202. 3) pereutio. 4) for, hoc si fit, nære det skeer 213. 5) maa de af hægge 126.

V. Fortsettelse.

Sic crebris jaculis transfoditur cetus, donec sanguine effuso¹⁾ deficit & exspirat. Tum adipem a cadavere resecant, & in orcas colligunt, ut inde unguentum cetaceum excoquatur. Fauces ejus intus munera sunt osse cetaceo, ut appellant²⁾, quod omnibus notum est,

est. Cerēbrum ejus spermaceti vulgo vocant³⁾; unde⁴⁾ non minus, quam e sebo & cera, candælæ confici solent⁵⁾. Capiuntur ceti maxime mensē Julio & Julio, præcipue circa Groenlandiam. Tum enim magna basenarum multitudo ibi congregatur⁶⁾, ut facile vel duo millia capi possint.

1) efter Tabet af dens Blod 197. 2) med det saa kaldte Fiskebeen. 3) faderman 225. 4) hvoraf. 5) man plejer at forfærdige 228. 6) forsamler sig 62.

VI. Marsvinet og Silden.

Delphinus omnium animalium, non solum marinorum, velocissimus est, ocyo volucere & tēlo. Celeritatem ejus nullus effugere posset pīscis, nisi ita factus esset, ut non nisi resupinus prædam capere possit. Quo fit, ut pīscis morām habeant evadendi. Delectari dicuntur musica, hominemque amare. Obviam nāviis veniunt delphini, tantaque vi exsiliunt, ut interdum vela navium transvōlent. Vivos ut balænæ, pariunt catulos, interdum binos, quos uberibos nutriunt.

Halec, pīscis notissimus, colorem mutat, cum hieme candidior, æstate nigrior sit. Nullus¹⁾ pīscium illo est fecundior. Præterea caro ejus suavissima est, quare plerique pīsces præsertim ceti, illis insidiantur. Ita fit, ut quo-

rannis incredibilis halecum multitudo, ex mari glaciali ad Hollandiæ usque, Angliæque oras penetrat. Et falsæ & fumigatae apponuntur.

1) 138.

Fierde Klasse.

I. Om Amphibierne overhovedet.
Amphibia vocantur ea animalia, quæ & in terra, & in aqua vivunt. Eorum alia¹⁾ quaternos pedes habent, ut crocodili, testudines, lacertæ, ranæ, alia sunt sine pedibus, ut serpentes. Omnia amphibia pariunt ova ad sōbolem procreandam²⁾, quæ aut in aqua, aut in terra sōlis calore excluduntur. Vescuntur³⁾ infectis, cochleis, ovis pīscium, plantis. Nonnulla amphibia per annum integrum, quin adeo mentes duodevigenti dicuntur⁴⁾, famem tolerare posse, atque omnino vitæ sunt tenacissima⁵⁾. Quædam amphibiorum genera venenata sunt.

1) nogle (af dem) 138. 2) til Forplan-telse 172. 3) veseor c. Ablat. 163. 4) sal 136. 5) ere meget seilivede. tenax c. Genit. 140.

II. Firefødede Amphibier.

Crocodilus, terrible animal, in majoribus¹⁾ Asiæ, Africæ & Americæ fluminibus, præ-

præcipue tamen in Nilo Aegypti invenitur. Formam habet lacertæ similem, sed magnitudine excedere solet duodeviginti cubitos. Pars corporis superior durissima est & impenetrabilis, at inferior mollis ac tenera. Ingentem habet rictum, ut integrum hominem deglutire possit. Dies in terra agit, noctes in aqua. Ova parit²⁾, quanta anseres, eaque arena obruit. Ichneumon autem, capitalis ejus hostis, magnitudine felis, investigat ea atque exsorbet: eundem vero in stomachum crocodili, aperto³⁾ rictu dormientis⁴⁾, irrepere; eoque perroso⁵⁾ bestiam enecare, fabula habetur⁶⁾. Hominis ejulatum hoc animal edere dicunt⁷⁾ hinc lacrimas hominis perfidi crocodilinas vocant.

1) i de store 133. Not. 1. 2) sc. tanta saa store, som Gaaææg. 3) sperio. Med aaæabet Gæb. 4) naar 180. 5) perrodo, ved at knave den itu. 6) bliver holdt for 136. 7) 225.

III. Fortsættelse.

Testudo tota tegitur durissima testa, quasi elypto, ita, ut caput, pedes & caudam exsecre possit. Pedes habet brevissimos, quibus lentissime ambulat. Testa adeo dura est, ut vel plaustrum onustum superveletum¹⁾ eam non perfringat. Dentes non habet, sed rostri marginem acutum. In mari conchyliis vivit, interram egressa²⁾ herbis. Parit ova ad centena nu-

mero,

mero, eaque defossa³⁾ extra aquam & cooperta terra solis calore excluduntur. Foetus autem, simul atque excesserint⁴⁾, aquas petunt. Carnis ovorumque sapor suavissimus habetur. Color testarum varius pulcherrimusque⁵⁾. Ex iis varia opera artificiosa conficiuntur.

1) supervelo. 2) naar 180. 3) esterat den har gravet dem ned 179. 4) excede. 5) sc. est. 95 Nota.

IV. Fortsættelse.

Lacerta longam habet caudam, que absissa¹⁾ renasci dicitur. Aliæ lacertæ magis in terra, aliæ magis in aquis morantur. Vario colore, præcipue viridi & fuso. Venenata non sunt, adeoque innoxiae.

Rana brevior est, sed crassior, quam lacerta. Pedes ei in terra ad saltum, in undis ad remigandum inserviunt. Plurimæ ranæ in anterioribus pedibus digitos habent disjunctos, in posterioribus membrana conjunctos, & posteriores quidem pedes longiores sunt, ut salire possint. Coxæ earum assatae²⁾ a multis comeduntur. Ranulas virentes, putant aliqui, tempestatis vicissitudines prænuntiare.

1) absindo naar 180. 2) 184.

V. Fort.

V. Fortsettelse.

*Phoca seu vitulus marinus, corio-
teus & pilis, spirat & dormit in terra, in qua-
etiam vivos pullos parit, eosque uberibus nu-
trit. Anteriore parte canibus, posteriore pi-
scibus non dissimilis, vitulum adæquat magni-
tudine. Captis quamvis vescantur¹⁾ piscibus,
nonnumquam tamen, ut aërem liberum spirent,
relictis²⁾ aquis, terram aut crustas glaciales pe-
tunt. Multi sunt homines in terris frigidiori-
bus³⁾, qui sibi viætum omnem ex his animali-
bus petant. Caro cibum, pelles vestimenta, ca-
farum tegumenta atque cymbas iis suppeditant.
Adeps oleosus est & accenditur, ut tūguria calefa-
ciat, & candelarum vices explat.*

1) 163. 2) de forlade o. s. v. og 196.
3) i de folde 133. Nota I.

VI. Amphibier uden Fodder.

Huc pertinent serpentes. *Serpens ge-
nerale nomen est animalium, quæ serpunt, id
est, corpus movent & trahunt, se sinuantes¹⁾.
Alii serpentes habitant in silvis, ut erotalus, qui
halitu suo aves aliasque bestiolas enecat, tumque
devorat, alii in aquis versantur, ut hydra. Non-
nullis, ut viperas, exitialis virus est²⁾; quo,
cum mordent, alia animalia necant. At idem
virus in medicina utilissimum est. Alii serpunt
tantum, alii etiam salire possunt, atque hi sali-
tu*

tu in prædam irruunt. Membranam suam quo-
tannis verno tempore exunt, angustam rimam
perrepentes. Hieme in cavernas se abscondunt
& torpescunt. Ova serpentum filis cohærent.
In Asia & Africa serpentes tantæ magnitudinis
reperiuntur, ut vel hominem devorare possint.

1) medens 179. 2) nogle have 151.

Femte Klasse.

I. Om Insekter overhovedet.

Insecta sunt parva animalia, quæ par-
tim in plantis, partim in bestiis, partim in ter-
ra aut aqua degunt, & quorum structura, quan-
quam diversissima, tamen in omnibus æque est
memorabilis. Pleraque sexos, alia octōnos, alia
centenos ac plures pedes, in capite autem binas
antennas sensorias habent. Eorum alia binas
gerunt pennas, ut muscæ; alia quaternas diver-
se magnitudinis, ut apes; alia durum regmen
super alis habent, ut scarabæi; alia carent pen-
nis, ut araneæ. Quædam aculeis in alvo ar-
mantur¹⁾, ut apes. Aliis in ore sunt²⁾ rostra
ad fugendum, ut muscis, quarum rostrum evi-
dens fistula est. Quæ ex iis novissimos pedes
anterioribus longiores habent, saliunt, ut locu-
stæ. Innumera insectorum genera miræ sunt
subtilitatis.

1) ere bevægnebe 62. 2) nogle have 151.

II. Fortsættelse.

Nullum fere insectorum genus, formam eandem perpetuo servat, sed plerque ter transfigurantur. Ex ovis dum exent, vermes sunt vel erucæ, deinde nymphæ sunt, crusta tenui teæ, ex his denique insecta. Ex ovulis omnia nascuntur, non ex putredine, ut olim fallo creditum est ¹⁾). Multa insecta hominibus molesta sunt, ut pediculi, pulices, cimices, musæ; alia plantis nocent, ut locustæ, erucæ, formicæ. Multa contra sunt longe utilissima. Alia cibum præbent hominibus, ut cancri, apes; alia vestitum, ut bombyces; alia medicinæ inserviunt, ut cantharides; alia cibum avibus præstant; alia denique, dum cadaveribus & simo vescuntur, hoc ipso fortasse impediunt, quo minus ²⁾ aer putrefacat.

1) man har troet 226. 2) at ikke 112.

III. Bingedede Insekter.

Apis habet alas quatuor, sex pedes, duas in capite antennas, & rostrum, ad succum e floribus hauriendum ¹⁾). Habitant apes aut in vestuste arboris cavo, aut in alvearibus, suntque triplici genere. Una ex iis, magnitudine reliquis præstans, & cui omnes parent, regina quis præstans, & cui omnes parent, regina. Hæc, sola in alveo femella, ovula padiicitur. Hæc, sola in alveo femella, ovula patrit ad quadraginta fere millia, ex quibus vermituli

culi nascuntur, qui ab apibus rostri ope aliquamdiu aluntur. Hi deinde pupæ sunt, postremo apes. Regina igitur totius examinis mater est, nec unquam fores procedit, nisi migraturo examine ²⁾). Quæ magnitudine proxime accedunt ad reginam, masculæ sunt apes seu fuci, qui aculeo carent ³⁾), & simul ac regina satis ovorum peperit ⁴⁾, ab operantibus apibus aculeis interficitæ ⁵⁾ ex alveari ejiciuntur.

1) at trække ud af 172. 2) naar 293.
3) careo c. Ablat. 162. 4) pario. 5) interficio. de hlive drækte, og 184.

IV. Fortsættelse.

Operariæ apes, fuciis paulo minores, evagantur ex alveari in prata & campos, mel dulcissimi saporis e floribus fugentes, colligentesque ex iis tenuem pulvorem, unde ceram conficiunt. Ita mellæ & cera onusæ domum remeant, a qua, licet magnum iter confecerint, nunquam aberrant. Ex cera sexangulas fibistructa cellulas, tanto ordine dispositas ¹⁾), ut si accutissime dimensæ ²⁾ essent. Harum cellarum plurimas ³⁾ melle implent, in ceteris ovula depositum regina. Apes operariæ omnes aculeo venenato armatae sunt, quo, cum illatam sibi injuriari ulcisci volunt, pungunt, sed ea ipsa ultione mortem sibi affere creduntur ⁴⁾.

1) dispono. 2) dimetior 3) 139. 4) troer man, at de, eller, skal de 226.

V. Fortsættelse.

Postquam in alveari novum examen cum nova regina procreatum est, recens hic popellus calido die aestivo, duce regina³⁾ ad novam sedem migrat. Regina præcedit & avolat, examen solum sequitur inter latos fusurros. Regina se demittit, & omnē agmen, in uxore figurā, circa eam considit. Tum apum custos, obvoluta²⁾ facie, obvolutisque manibus, vacuum alveare secum asterrēns³⁾, id vel examini superimpōnit, vel examen in illud excūtit & extergit. Quo facto, alveare, assī interim expostum, vesperi apiario infert. Quod si forte regina ceteris non intersit, ad unam omnes excedunt, cum esse sine regina non possint. Hinc si perierit⁴⁾ regina, totum agmen luget, languet & moerore conficitur.

1) under Anførsel 199. 2) obvolvo erterat han 192, eller, med bedækket Ansigt. 3) bringer, og 184. 4) pereo.

VI. Fortsættelse.

Papilio ova parit, unde primum erucæ nascuntur, quæ aliquoties exuvias depōnunt, tum vero se vel filis suis, vel foliis involvunt, & folliculi fiunt. Hoc corporis statu partes futuri animalculi, a priori forma quam diversissimi, & reliquis pristini corporis parantur, ita ut post aliquod tempus papilio erumpat, duabus apten-

antennis longis, quatuor alis & sex pedibus instrutus. Per multa papillonum genera alas habent, pulcherrimis coloribus superbentes. Sunt ii vel diurni, qui non nisi interdiu volitant, atque sedentes, alas sursum erigunt; vel vespertini, qui per crepusculum circumvolvant, ac sedentes alas demittunt; vel nocturni, qui noctu vagantur, pariterque sedentes alas demittunt,

VII. Fortsættelse.

Bombyx, insectum mirabile utilissimumque, dum eruca est, habet pedes anteriores sex, octo medios & binos posteriores. Ovo exclusus mori foliis vescitur, donec justam magnitudinem adeptus sit¹⁾, & exuvias aliquoties deposuerit²⁾. Quo facto ex lento succo, in ejus intestinis parato, filum sericum nunc trecentorum, nunc quadringentorum, nunc qui gentium adeo cubitorum eductum, eique ipse torus involvit³⁾. Ita involucrum quoddam existit, ovatum, in quo ille, tanquam in loculo, quatuordecim dies, quasi mortuus, dormit, & paulatim in pupam transit. Tum vermiculus efficitur, & communis membris⁴⁾, membranaque perfracta⁵⁾ alatus papilio e genere nocturnorum evolat. Femellæ papilionum deinde ova mori foliis imponunt, unde rufus bombyces nascuntur. E filis bombycinis vestes pretiosissimæ conficiuntur.

- 1) adipiscor. 2) depono. 3) vieler sig
ind 62. 4) efterat den har forvande-
let sig 192. 5) perfringo.

VIII. Fortsættelse.

Formicæ habet sex pedes & aculeum, quo pungit. *Formicæ* apum naturam in hoc imitantur, quod laborem inter se communicant, cibos comportant, semina conuehunt & condunt, prius tamen aridunt, ne rursus germinent, multaque alia faciant, quæ hominibus industriae & concordia exemplo esse possint. Per hiemem dormiunt, estate autem granorum copiam colligunt, ut, vere redeante, e longo somno expergefactæ, statim habeant, unde vivant. Reginam habent, ut apes, quæ intra aliquot mensæ ad octo millia ovorum parit, e quibus vermiculi nascuntur. Hi deinde folliculi sunt, quos vulgo per errorem formicarum ova appellant. His folliculis magna cum industria prosperebunt formicæ, dum eos interdui ad solem expontant, & vesperi aut pluvia imminentे ¹⁾ in specus suos reportant. Ex his folliculis partim novæ *Formicæ* prodeunt, partim muscæ, quatuor alis instructæ; unde sit, ut formicæ in alatis insectis numerentur.

1) naar Regnen hanger over Hovedet
193.

IX. Fortsættelse.

Musca, notum illud & impudentia sua molestum æstatis insectum, sex pedes habet & duas alas. Per hiemem dormiunt muscæ, ineunte autem vere ad novam quasi vitam expergefiunt.

Culex, perpusillum animaculum, duabus aliis instructum, aculeum habet, & fodiendo ¹⁾ acuminatum & fugendo fistulosum. Sitit sanguinem, & potissimum humanum, quem fugere solet.

Vespæ & *cabro* pungunt aculeo, & quatuor habent alas. *Vespæ* in sublimi artificiosissimos sibi nidos e luto faciunt, quibus autem neque mel, neque cerasum inferunt. *Cabrones* in cavis arboribus aut sub terra nidiificant, & persequuntur apes & vespas.

Oestrus, duabus aliis instructus, armatur, equos in primis bovesque, infestat ac vexat.

1) til at børe med 170.

X. Fortsættelse.

Scarabæus alas habet, tegminibus dirioribus munitas. Sed volare non posset, nisi aliae istis tegminibus longiores essent. *Scarabæi* non habent aculeum, sed nonnullis eorum cornua sunt, quibus, ceu forcipe, vellicant.

Scarabæus vespillo murium & talparum cadavera terra condit, ut ova in iis ponat, pullisq[ue] recens natis alimenta statim præparet.

Scarabæus saliens, si supinus jaceet, sursum se potest jaculari, ita ut pedibus rursum consistat.

Cantharis adhibetur ad excitandas in corpore humano pustulas, eoque graviores morbos avertendos.

Lampyris (cicindela) noctu, scintillæ instar, lucet.

XI. Bingeløse Insekter.

Insecea non alata numerosissima sunt.

Cancer, insectorum maximum, crusta tegitur, pedes habet octonos, omnes in obliquo flexos¹⁾, & bina brachia sive chelas, quærum flexos¹⁾, & bina brachia sive chelas, quærum ope prorsum & retrorsum graditur. Vexus nigro est colore, coctus²⁾ rūbicundo. Canceri crustas suas verno tempore exuunt. Cum canceris pes aut brachium aliquod avulsum³⁾ est aliud, cum articulis suis & nervis, eodem in loco ei accrescit. Oculos cancerorum vocant lapillos, qui in ventre eorum nascuntur, & quos depositis annuis exuvii⁴⁾, ejiciunt. Canceris cum fluvialibus, tum marinis vescuntur homines.

1) fleo

Bingeløse Insekter.

Aranea octones habet pedes. Plurimæ aranearum artificiosissimas atque admiratione dignissimas telas conficiunt, iisque tanquam retibus expansis, muscas captant, quibus⁵⁾ deinde vescantur.

1) fleto. 2) coquo. 3) nello. 4) Ester

Skallenæ ærtige. Om skiftning 197.

5) fot, ut iis 211.

XII. Fortsættelse.

Scorpio pedes octones habet & bina brachia, ac venenum mortiferum in aculeo.

Pediculus, hominibus aliisque animalibus molestus, sex pedes haber. Sed exulant pediculi ab iis, qui munditiae summam curam gerunt.

Pulex & ipse habet sex pedes, quorum bini extreimi saltatorii sunt.

Teredo sonum in ligno edit, non dissimilem pulsationibus horologii portatilis.

Ex insectis omnipotentia Dei maxime cognosci potest. Profecto non est, quod¹⁾ turrigeros elephantos magis miremur, quam minimas bestiolas. Quid enim, quæso, in iis est, quod admirationem non mereatur? Tot sensus in tam exiguo corpusculo, visus, gustus, odoratus & in quibusdam vox admiranda!

1) vi have ikke Aarsag 208.

Siette Klasse.

I. Om Ormene overhovedet.

Vermes molles adinodem corpus habent, cui pro sanguine succus inest. Quædam vermicum genera nuda sunt, ut lumbricus, hirudo; alia durioribus testis inclusa; quæ conchylia dicuntur, quorum alia binis testis teguntur, ut conchæ; alia singulis, ut cochlea. Nulla vermium genera ossa habent, & plerique nec caput, nec oculos, nec pedes. Quædam in capite tentacula habent mollia, ut cochlea; Nonnulla in terra, sed multo plura in undis versantur. Cum pedes non habeant, movent se contrahendo¹⁾ corpus & rursus extendendo. Per multa eorum genera sub oculis non cadunt, ideoque prorsus incognita sunt.

1) ved at sammentække 173. 3.

II. Nogle Orme inden Skal.

Lumbricus sub terra habitat, prorépit autem, cum pluit. Oleribus²⁾ nocet. Hamo affixus³⁾ ad pisces capiendos adhibetur, & taliter parum aviumque cibus est.

Hirundo bestiola est, quæ carni adhærens, cutem ante non mittit, quam plena croris sit, unde & sanguisuga dicitur, & a medicis ad exfugendum sanguinem humorēmque corruptum⁴⁾ adhibetur.

Limax (cochlea nuda) tenero gramine vescitur. Quædam cochlea adeo vita sunt tenaces, ut, capite præciso⁴⁾, vitam non amittant; novum enim caput eodem loco procerescit.

Tænia, lumbrico similis, habitat in intestinis hominum, in primis parvolorum, atque aliorum animalium. Multum autem⁵⁾ tæniae non raro graves morbos parvulis adferunt.

1) olus. 2) 184. 3) corrumpo. 4) præcido. om endt man skærer. Overhovedet af dem 195. 5) augeo. naar de formeere sig 180.

III. Nogle Skaldyr eller Conchylier.

Animalia testacea, dum nascuntur, testas statim gerunt, adeo teneras, ut oculum pene subterfugiant, sed augentur et in dies liquaris auxilio, quem animal testaceum exsudat.

Quæ duplici testa teguntur, ut concha, ostrea & aliæ quamplurimæ, omnes in aquis vivunt. In concharum testis permagna est varietas. Ostrea in imo aquarum fundo jacet, limo vinctans, atque inter edulja & delicias multis apponitur.

Quæ simplici testa teguntur, cochlea sunt, partim in terra, partim in aquis viventes, ac perpetuo domum suam secum portantes. Earum testæ diversissimæ sunt & figura & colore. Aliæ striatæ sunt, aliæ læves, aliæ aculeatae, aliæ angulatae. Marinæ in primis cochlea mira sunt varietate, & magnam partem pulcherrimæ.

Cochleis terrestribus cornicula sunt ad prætentandum iter. Murex nobilem illum fucum, qui purpureis color dicitur, ad tingendas vestes in mediis faucibus habet.

IV. Perlemuskelen og Maaden hvorpaa den fisces.

In quibusdam concharum generibus nascuntur margaritæ. Sunt ¹⁾ igitur, qui in profunda maris descendant, ut conchas, margaritis instructas, ibi investigent. Hi vocantur urinatores, qui sub brachiis resti circumdantur, ad naviculam, in qua advehuntur, alligato. Pedibus eorum lapis viginti vel triginta librarum appenditur, quo citius deprimantur. Cultrum & corbem vel rete secum ferunt. Illo conchas absindunt a scopolis, quibus adhærent, hoc recipiunt solutas ²⁾. Iam ubi vel repletus est corbis, vel urinator spiritum sibi interclaudi sentit: lapidem alligatum cultro solvit, restimque, qua est circumdatus, agitat & quassat, soevis in navicula signum daturus ³⁾, ut ipsum extrahant. Omnis autem margaritarum investigatio decem aut duodecim horis peragitur, quo temporis spatio urinatorum quisque saepius in mare descendit. Conchæ vel cultro aperiuntur, vel putredini traduntur, qua se ipsæ reclūdunt. Tum magaritæ eximuntur. Diversæ autem sunt & magnitudine & forma, itemque colore & splendore.

dore. Atque pro hac diversitate variis nominibus appellantur.

1) der gives Mennesker 207. 2) solvo.

3) for at give 185.

Tredie Capitel.

Om Mennesket.

I. Om Mennesket overhovedet.

Etiam homo, qua vivit ac sentit, animalibus adnumeratur, cum duabus partibus constet, animo & corpore. Cum autem statuissest Deus, ex omnibus animalibus solum hominem ad cœlum evehere, hunc ad coeli contemplationem erexit ¹⁾, bipedemque constituit, cum cetera animalia terram spectent. Sed nullum aliud animal tam imbecillum atque inerme nascitur, nullum tam diu alienæ opis indiget, quam homo. Idem vero institutione ad eam scientiam ac dexteritatem perducitur, quam nullum aliud ani-

animal capiat. Ratio enim est, quæ præstat omnibus, & quæ multo plus homini confert, quam natura brutis; quoniam in his neque magnitudo virium, neque firmitas corporis impedit potest, quo minus ²⁾ opprimantur a nobis, & nostræ subiecta sint potestati. Ceterum vita hominis, ut omnium animalium, tribus rebus sustentatur, cibo, potionē, spiritu.

1) erigo. 2) 112.

II. Hovedet.

Supremum in corpore locum caput obtinet, cuius partes sunt: cranium, facies & aures. Cranium durissimum, intus concavum, extrinsecus cute obductum, cerebri receptaculum est. Vertex & averia pars capitis (ocer-put) capillorum molli velamento vestitur, pars anterior facies (vultus) dicitur, cui adnumerantur frons, oculi, genæ, nasus, os, mentum. Quilibet pilus fistula est, quam succus nutriendis permeat. Color comæ varius est, niger, fuscus, rutilus, flavus. Senum coma canescere solet, & cani rugæque senectutis notæ sunt, nisi quod curæ canitiem interdum matûrant.

In summa capitatis parte frons attollitur ¹⁾, quæ vel lata est, vel angusta, vel depressa, vel prominens. Ea contrahi seu rugari potest, & rursus explicari atque exporrigi. Illud meditationis

tationis vel tristitiae, hoc autem hilaritatis est signum. Infra oculos malæ sunt five genæ. Hæc ²⁾ pudoris sedes, ubi maxime conspicitur rubor.

1) hæver sig 62. 2) dette 220.

III. Pinene.

In media vultus parte oculi, instrumenta visus, collocati sunt, lubrici facti & mobiles, ut adspicuum, quo vellent, facile converterent. Septi ¹⁾ sunt membranis tenuissimis, quæ pellucide factæ sunt, ut per eas cerni posset; firmæ autem & corneolæ, ut continerentur. In medio oculo foramen est rotundum, quod a cies five pupula (pupilla) vocatur. Hæc radios luminis excipit, ut res, oculis objectas ²⁾, cernamus. Ea pro lumiinis modo se vel contrahit, vel dilatat, atque ita parva est; ut ea, quæ nocere possint, facile vitet. Sapienter etiam Deus effecit, ut oculi, tanquam custodes, sumimam vultus & corporis partem tenèrent, unde, quidquid iis objectum esset, animadvertisserent. Hominum oculi diverso sunt colore, cœruleo nempe, fuso, glauco, nigro. Diversi etiam sunt, qua figuram, nempe grandiores, modici, parvi, prominentes. Præterea alii nonnisi proximas quasque res, alii tantum remoras distinguebident.

1) sepio. 2) objicio.

IV. Fortsættelse.

Tegumenta oculorum palpæbrae sunt, superior & inferior, mollissimæ tactu¹⁾, ne lædant aciem, atque aptissime factæ & ad claudendas pupulas, ne quid incidat, & ad aperiendas, quod identidem fieri potest cum maxima celeritate. Munitæ sunt ciliis, tanquam vallo pilorum, ut apertis oculis, si quid²⁾ incidet, repelleretur. Latent præterea utiliter, & ex-eclisis undique partibus sepiuntur, cum & genæ, collum instar, leniter exsurgentes, ab inferiori parte oculos tutentur. Supercilia, brevibus pilis adornata, sudorem a fronte defluentem avertunt. Aliis rara, aliis densa sunt supercilia, ut nonnullis horrida & rigida, eorumque pili eundem fere, quem reliqui capilli, colorem habent.

1) tango, at fæle paa 165. 2) for aliquid
223.

V. Næsen.

Nasus, instrumentum olfactus, in medio vultu ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. Ejus cavitas, septo partim osseo, partim cartilagineo dirempta, duos aditus habet, qui nares vocantur; eæque triplici usui destinatæ sunt, nimirum ut spiritum ducant, ut odores capiant, ut per eas purgamenta defluant. Propterea nares sem-

semper patent, sed contractiores¹⁾ habent intortus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere; humoremque semper habent, ad pulvrem multaque alia depellenda, non inutiliæ. Olfaçimus tum, cum vapores seu particulae florum &c. in ære versantes, simul cum eo nares ingressæ²⁾, subtiliores earum nervos contingunt. Ceterum magna est nasorum varietas; aliis enim est aduncus, aliis simus; aliis longus, aliis brevis.

1) 133. 2) 184.

VI. Mundus.

O s labiis maxillisque formatur. In utræque maxilla, superiori & inferiori, dentes hærent. Sed superior immobilis est, & inferior, cuius imæ pars mentum est, sola movetur¹⁾; ejusq[ue] & labiorum motu os aperitur vel clauditur. Usus oris in duabus potissimum constat officiis, sumendi vietus²⁾ & loquendi. Labra (labia) mollia, que os claudunt, aliis pallida sunt, aliis rubicunda. Nonnullis in inferiori labrum prominet, aliis utrumque. In ore sita est lingua, palato affixa, vocis gustusque instrumentum præcipuum. Cum enim nervi linguae ac palati tactu afficiuntur, saporem sentimus. Mentum virile barba vestitur, muliebre glabrum est. Pueri sunt imberbes. Adolescen-

lescentibus primum lanugo crescit; vera autem barba pubertatis est insigne.

1) lader sig bevæge 62. c. 2) at tage
Fæden til sig 169. 3) høg nogle 153. 2.

VII. Fortsættelse.

Dentes, in ore constructi, osse diores sunt, iisque triplices, incisores, canini & maxillares. Ex his quaterni primi, nempe incisores, acuti ¹⁾ cibos præmordent; juxta eos positi, acuminati, qui & canini atque oculares appellantur, perforant escas diores; intimi sive maxillares comminuant & conficiant cibos, quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. Pulchri sunt dentes, si sunt firmi, continui, candidi & politi, foedi vero, si sunt concavi, exesi, rari, putres, scabri, foetidi & cariosi. Dentium radices ambit gingiva, quæ senibus edentulis nonnunquam ita durescit, ut ea ad cibos mandendos æque ac dentibus utantur. In pueris novi dentes nascuntur, qui priores expellunt.

1) som ere hvæsse 116.

VIII. Ørene.

Ad utramque capitum partem, pone tempora, panduntur aures, instrumenta auditus,

in

in quibus tenuis pellicula, tympani instar expansa, efficit, ut sonos illabentes percipere possimus. Durum & quasi corniculum habent introitum, inæqualiter cavatum; deinde meatum partim cartilagineum, partim osseum, totum autem flexuosum, ne quid intrare possit. Provisum etiam cordibus aurium, ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in iis tanquam in visco, inhæresceret. Sapienter etiam summo capiti ²⁾ utrimque appositæ sunt aures, ut sonos omnes, sive a fronte, sive a tergo, sive a dextra, sive a sinistra venerint, recte perceptos, animo auctiarient. Auditus semper patet, cum sensu ejus etiam dormientes egeamus; a quo ²⁾ cum sonus est acceptus, e somno excitamur.

1) for, summae capitis parti. 2) for, cum enim ab eo, thi nuar Lyden høres af den 215.

IX. Hiernen og Nerverne.

Superior pars capitis intus cerebro repleta est, in quo sunt instrumenta sensuum. Hoc cerebrum ad aspectum puliculæ simile est, re vera autem ex fibris constat, quæ adeo tenues sunt, ut earum nec origines, nec implicationem oculis persequi liceat. Utque inviolatum nobis servetur cerebrum, intus tribus membranis, extrinsecus firme crano munatur. Ex eo permulti nervi ad musculos movendos oriuntur,

&

& vel per spinam dorsi in totum corpus distri-
buuntur, vel ad oculos, aures, nasum, lin-
guam deducantur. Ubicunque sensus est in cor-
pore, ibi nervi lateant necesse est. Itaque un-
gues & capilli sensu carent, nisi ubi nervis ad-
stricti¹⁾ conjuncti quis sunt. In dentium dol-
oribus non ossea pars dentium dolet, sed nervus
radibus dentis implicatus; neque vero alia ossa,
quamvis vehementer ita pereussa²⁾ ullum dolorem
sentient, nisi curis illa, quæ dicitur pe-
riostrum, nervis contexta esset.

1) adstringo. 2) percusso.

X. Halsen.

Collum, quo caput corporis truncō jun-
gitur, & ad sustinendum firmum, & ad conver-
tendum molle est. Anterior collī pars jugu-
lum (guttur) dicitur, posterior cervix. In
collo duo itenēra incipiunt, alterum aspe-
ram arteriam nominant¹⁾, alterum sto-
machum (gulam). Arteria extērior ad
pulmonēm, stoma chus interior ad ventricu-
lum fertur. Illa spiritūm, hic cibum recipit.
Arteria aspera tegitur quodam operculo,
ne, si quid in eam cibi forte inciderit, spir-
itus impediatur. Nihil omnino per eam trans-
ire potest, nisi aēr. Quodsi enim vel minima
particula cibi potusue in eam inciderit, nisi tū-
si inde rejiciatur, homo moritur. Verum arte-

ria

ria eo ipso momento, quo cibus admovetur,
operculo illo clauditur, quod, uti pontem, ci-
bus transit, sed simul ac transierit cibus sese ad
respirandum rursus aperit. Guſta, quo illa-
buntur ea, quæ accepta sunt ore, agitatione lin-
guæ acceptos cibos depellit, dum eae illius par-
tes, quæ sunt infra id, quod deglutiuntur, dilata-
tantur; quæ autem supra, contrahuntur.

1) Falder man 225, eller, hedder.

XI. Overslivet.

Truncus corporis dividitur in partem su-
periorem & inferiorem. Superioris pārtes sunt
humeri, pectus, dorsum & latera. In
adversa pectoris parte sternum (os pecto-
rale) est, in aversa scapulae & spina. Pect-
us firmis costis circumdatur & munitur, quæ
spinæ, medium dorsum pervadenti, firmo nexu
adhærent, & cor ac pulmones includunt. Dor-
sum (tergum) a cervice & scapulis descendit.
Spina dorsi ex vertebribus quatuor & viginti
constat. Septem in cervice sunt, duodecim ad
costas, reliqua quinque sunt proxime costis.
Septem costæ superiores totum pectus inclu-
dunt; quinque inferiores, quas spurias
nominant, breves sunt, atque in cartilaginem
versæ¹⁾, extremis abdominis partibus inhæ-
scunt. Ceterum pectus a ventre sejungitur dia-

F

phrag-

phragmæte (septo transverso), musculosa & crassa membrana.

1) falske Ribber. 2) vñto, efterat 179.

XII. Armene og Hænderne.

Truncus corporis superne brachia juncta sunt, quibus ad varios usus, & quamplurima ministeria utmur. Brachia utrique humero adhaerent, brachiisque manus. Inter brachium superius & inferius cubitus est. In manibus maxime robur corporis cernitur. Utraque manus habet quinque digitos, pollicem, indexem, medium, annularem, minimum (articularem). Pollex habet binos, ceteri digiti ternos articulos. Medius eorum est longissimus. Omnes autem unguibus sunt muniti, qui carni inhærentes digitos firmant, ne mollitudo carnis in tentando cedat. Quæ est hominum longitudo a vestigio ad verticem, ea est passim²⁾ manibus inter longissimos digitos.

1) pando.

XIII. Underlivet og Fodderne.

In parte corporis inferiori venter est, qui in aliis planus & exilis, in aliis carnosus ac pinguis est. In ventre viscera locata sunt, quæ nutritioni serviant, in quibus princeps est

ven-

Underlivet og Fodderne. Hiertet. 83

ventriculus (stomachus), in quem cibus per gulam derivatur; deinde alia quedam viscera. scilicet jecur, officina bilis, spleen & reñes, circa lumbos hærentes. Inferne intestina (ilia) sunt, in quibus cibus concoctus¹⁾ ulterius ducitur.

Corpus omne sustinetur pedum fulcris. In pedibus sunt femora, genua, et rura cum furis, denique plantæ, cujus aversa pars calce²⁾ firmatur, adversa in quinque digitos vindicatur, unguibus munitos. Plantæ pedum quoniam totius corporis quasi fundamenta sunt, Deus eas non rotunda specie, sed portiores longioresque formavit, ut stabile corpus efficerent planitie sua.

1) concoqvo 176. 2) calx.

XIV. Hiertet og Blodets Omløb.

In sinistro pectoris latere¹⁾ cor est, sanguinis commune receptaculum, quod cure quædam, quæ dicitur septum cordis, in duos loculos (ventriculos) dividitur, dextrum & sinistrum. Structura ejus tam artificiose comparata est, ut perpetua vicissitudine dilatetur & contrahatur, sanguinemque ab altera parte per venas recipiat, ab altera per arterias expellat. Arteriæ vocantur æ fistulæ, per quas sanguis e corde dispersus²⁾, singulis iectibus, promovet; venæ autem, per quas ad cor revertuntur.

tur. Ille paulo altius in carne latent reconditæ; haec magnam partem sub cutis superficie per lucentes apparet. Ubi igitur cor se contrahit, sanguis ex ejus loculo dextro per arteriam pulmonam in pulmones devehitur; ex his autem per venam pulmonam in sinistrum cordis ventriculum reducitur; a quo in arteriam magnam, atque inde in totum corpus distribuitur per arterias admodum multas, quæ tanquam arborum rami, se in omnes partes corporis extendunt.

1) latus. 2) dispergo.

XV. Fortsættelse.

Ex arteriis autem extremis redit sanguis per venas, arteriis junctas, in venam cavaam, & ex hac ad dextrum cordis ventriculum. Itaque cordis contractione sanguis ex ventriculo dextro in pulmones, & simul ex ventriculo sinistro in arteriam magnam expellitur; ac nestatim eo redeat, unde expulsus est, provisum est sapienter, ut valvulae, sanguinis exitu aperitate, celeriter recellant, redditumque sanguinis impedian. Dilatatione autem cordis sanguis recipitur tamen ex vena cava in ventriculum cordis dextrum, quam in sinistrum ex vena pulmonea.

Arteriae autem, quo propiores cordi sunt, eo ampliores; et quo magis a corde remote, eo angustiores reperiuntur. Ex quo fit, ut, cum magna

magna vi e corde sanguis expellatur in arterias, adeoque ex ampliore spatio in angustius progradri cogatur, quavis cordis contractione extendantur arteriarum canaliculae. Hoc est, quod dicunt pulsus arteriarum. Meant enim omnes arteriae, quanquam non omnium pulsus digitis explorare possumus, & hoc motu atque pullu suo habitum & modum febrium medicis demonstrant. Ut enim sanguis vel celerius vel tardius labitur, ita & arteriarum ictus vel incitantur, vel retardantur.

XVI. Fortsættelse.

Venæ autem quo propius ad cor accedunt, eo ampliores sunt, ideoque nec ut arteriae minant, cum sanguis libere ex angustiore spatio in amplius spatium meare possit. Itaque sanguis in corpore, quando homo vivit, in orbem perpetuo circumfluit.

Magnam igitur vim cordis musculis inesse nemo non intelliget, qui cogitaverit, ejus contractione potissimum sanguinem in remotissimam a corde tenuissimasque arterias ejaculari, idquanta celeritate fieri, ut durante una horæ partis sexagesima ¹⁾ centum viginti quinque pedum viam absolvat. In fano homine cor eodem temporis intervallo septuagies fere contrahitur; tamen enim hoc temporis spatio cor pulsare, arteriasque micare sentimus.

1) i et Minut.

XVII. Fortsættelse.

At vero si nihil aliud sanguis perficeret, nisi ut per arterias venasque circumiret, fieri non posset; ut corporis membra inde aliquid ad nutritionem proficerent. Itaque Deus summa sapientia glandulas per totum corpus sparsit, quæ singulae suis locis ex arteriis proprium sibi & convenientem suis locis liquorem ex arteriis exsurgunt. In oculis glandulæ sunt, quæ falsum humorem, lacrimarum nomine notum, ex sanguine hauriunt. In naribus glandulæ sunt, quæ sanguini pituitam detrahunt. In palato aliæ salivam e sanguine extrahunt. In auribus fortes illæ colliguntur, visco similes, quibus, ne quid, quod noceat, intrare possit, prohibetur. Sic adeps & medulla aliisque liquores ex arteriis a glandulis secernuntur. Singulæ autem glandulæ suam arteriam, venam & nervum habent, quo liquores collecti vel ejiciuntur e corpore, vel eo, ubi iis opus est, deferuntur.

XVIII. Fortsættelse.

Quoniam vero humor ille, quem glandulæ ex arteriis suxerunt ¹⁾, non continuo satis aptus est ad id, quod natura effici voluit, efficiendum, provisum est sapienter, ut ex eo liquore, quem glandulæ hauserint ²⁾, partem quandam venæ resorbeant, denuoque in sanguinem reducant.

Præ-

Præterea per totum corpus discurrent vasa lymphatica, quæ lympham h. e. succum quendam nutritibilem, lentum ac viscidum ad omnes corporis partes devéhunt; ex quo sit, ut omne corpus æquabiliter nutriatur.

Sanguis igitur, cum quotidie magnam sui partem perdat, celeriter consumeretur, nisi ipsi quoque cibus ac potus alimenta subministraret.

1) fugo. 2) haurio.

XIX. Lungen og Alandedrættet.

Proximus cordi pulmo est, spirandi officina, atq; hens ac reddens animam, idcirco spongiosus ac fistulis inanibus cavus. Omnis autem pulmo in duas partes finditur, quæ fibræ pulmonis dicuntur, quarum una dextra est, altera sinistra. Hæ fibræ pulmonis etiam pulmones appellantur.

Pulmonum primarium est officium, ut sanguinem, e motu calidum, refocillent ac refrigerent. Dum enim sanguis e corde deductus in pulmonibus circumducitur, spiritu per asperam arteriam attracto ¹⁾ refrigeratur. Quod ²⁾ nisi fierer, sanguis, iterato circuitu magis magisque incalescens, cito solveretur ac putreficeret. Atque hoc officium pulmones uno ac simplici artificio, nempe alterna contractione ac dilatatione, exsequuntur. Cum enim pulmones dilatantur, spiritus naribus haustus per asperam arte-

arteriam ad eos ducitur; cum contrahuntur, aëris calefactus inde revertitur. Atque ea re præcipue vita conservatur. Nam cum spirandi respirandique vis cessat, sistitur etiam cordis & sanguinis motus, & aëtum est de homine. Deinde pulmones hanc nobis operam præstant, ut voces edere, ut loqui, ut cantare possimus, atque altera arteria primarium est vocis instrumentum.

1) attraho. 2) for, nam nisi hoc thi naar det
215.

XX. Maven og Fordielsen.

Ventriculus, qui receptaculum cibi est, eumque concoquit, constat ex quatuor membranis nervosis ac muscolosis, atque inter lienem & jecur positus est. Concoctionis opus ita peragitur. Primum cibus, in os insertus, dentibus manditur ac dividitur, lingua, genis' & labiis, ut magis magisque misceantur, adjuvantibus ¹⁾). Præterea movendis ²⁾ maxillis, lingua ac cibis, saliva e glandulis, intus ad utramque aurem dispositis, exprimitur, ac succus inde expressus ³⁾ particulis cibi mansi ⁴⁾ commixtus, eas emollit, ita ut aquosa oleosis & salcis coëant, atque inter se commisceantur. Hæc manducatio est quasi initium concoctionis, quam negligere nemo debet, qui valetudini sua reëte consulere volet. Quantum enim satis sit temporis, manducationi dandum est. Deinde cibus satis mansus illa-

bitur

bitur in gulam, & per eam in ventriculum depellitur, qui tum calore suo, tum alterna contractione ac dilatatione, tum liquore proprio, qui salivæ similis est, cibos conficit, macerat mollitque, in pultem convertit, atque ita concoquit.

1) medens 192. 2) ved Bevægelse 174.
3. 3) exprimo. 4) mando.

XXI. Fortsettelse.

Puls illæ chymus appellatur, & e ventriculo in intestinum duodenum depellitur, in quod simul e pancreate succus pancreaticus, & fel e vesicula fellea, ad cibos eo melius concoquendos effunditur. Inter hæc intestina est mesenterium, hoc est, cutis duplex, pinguiscula, ac multis plicis tortuosa, quæ non solum distinet intestina, ne inter se complicentur, sed etiam multas habet canaliculas (vasa lactea appellant), quibus succus nutribilis, lacti colore similis, e chymo emulgetur. Iste succus, qui nunc chylus vocatur, cum sanguine miscetur, cum eo per venam cavam in cor influit, paulo post sanguinis naturam & colorem induit, atque ita nutriendo corpori inservit. Sed partes ad concoquendum duriores ex alvo per intestinum rectum ejiciantur.

XXII. Venenes og Musklernes Indretning i det menneskelige Legeme.

Si ossa non essent in corpore, haud se-
cus ac fastigium domus, subtractis ¹⁾ fulcris
convulsisque ²⁾ fundamentis, rueret corpus &
collaberetur. Quodsi uno tantum osse perpetuo
earo fulciretur, fieri non posset, ut corporis
membra in omnem partem moverentur. Quare
sapienter Deus instituit, ut corporis compages
pluribus inter se nectis junctisque ossibus fulci-
retur ac sustineretur. In toto corpore humano
numerantur ossa ducenta sexaginta, quæ vel ³⁾
in capite, vel in trunko, vel in brachiis pedi-
busque inveniuntur.

In commissuris autem juncturisque ossium
admirabilis cernitur, Dei providentia. Pri-
mum enim junguntur ossa ligamentis firmis ac
tenacibus, quæ ⁴⁾ si abessent, facile manus a
brachio, brachium a scapula, omninoque ossa
ab ossibus divellerentur. Deinde, ne frictio-
nis vi propter duritatem celeriter detererentur,
inter ipsas articulorum juncturas interjecta ⁵⁾
est cartilago, cujus mollitia prohibet, ne usu
crebro lœdantur.

1) subtraho, naar 193. 2) convello. 3)
deelte. 4) for, nam si hec 215. 5) inter-
jicio.

XXIII. Fortsættelse.

Præterea singula ossa Deus tenacissima cute,
quam periostium appellant, vestivit, cuius
glandulosa spiramenta, quæ sunt innumérabilia,
viscidum humorem exsudant, quo, ut ossa sem-
per sint lubrica, tenacia minusque fragilia, ef-
ficitur.

Ne vero nimio onere gravaretur corpus,
provisum est sapienter, ut pondus ossium, quam
fieri posset maxime, diminueretur. Idcirco
plurius capit, pectoris dorsique ossa intus spon-
giosa sunt. Alia autem ossa ut brachiorum &
crurum intus cava sunt, & fistulis similia, quæ
res quam habeat vim ad pondus minuendum, ne-
mo non videt.

In ossibus fistulatis medulla est, oleosum li-
quamen, quo cum intrinsecus unguntur ossa,
tum vero aluntur ac nutriuntur. Nutrimenta
autem capit ex venis periostii, quæ se in minu-
tissima horum ossium spiramenta infinuant.

XXIV. Fortsættelse.

Movendis ¹⁾ ossibus varii musculi (to-
ri) inserviunt. Hi constant' carne, fibris ac ner-
vis, seu filis tenacibus ac viscidis, quæ contra-
hære licet aut extendere, prout eujusque mem-
bri motus requirunt.

Musculos ambit cutis adipœa, (medici te-
lam cellulo fam appellant), qua cavetur, ne
mu-

musculi frictione dererantur, aut contactu coalescant.

His igitur musculis motus ossium tanta celeritate perficitur, ut sit in ea miraculum quodam divinæ sapientiæ ac potentiaæ, cuius magnitudinem nemo satis intelligere, aut justis laudibus extollere possit. Simul atque enim animus membrum aliquod movere voluerit, eodem momento móvetur.

1) til Bevægelse 170.

XXV. Legemets Rensesser.

Retrimenta ciborum, postquam ab iis in intestinis tenuibus secretus est succus nutritibilis, per intestina crassa devehuntur, donec alvo per intestinum rectum ejiciantur.

In renibus autem falsus humor corpori inutilis secernitur, quem vesica absorbet & foras emittit.

Ceterum pori per totam superficiem sparsi perpetuo vaporem exhâlant, qui crebrior & in guttulas collectus, sudor appellatur.

His igitur viis ea, quæ corpori inutilia sunt, ejiciuntur, in quibus omnibus admirabilis cernitur fabrica naturæ.

Cum igitur tot plane innumerabilibus, iisque minutissimis particulis corpus humanum constet, cum sanguis per tot venularum millia de more transeat, cum denique tot partes plane sin-

gula-

gularis naturæ præparandæ sint, v. c. in glandibus oris saliva, in oculis lacrimæ, in ventriculo chylus, in hepare bilis, in auribus fordes, in ossibus medulla, in nervis succi &c. si quidem a morbo tutus esse homo debeat; sane mirandum est, his ita constitutis, plerosque hominum sp̄ius recte valere, quam ægrotare.

XXVI. Den menneskelige Siel.

Hoc tam artificiosum, tamque mirabile corpus regit ac moderatur animus immortalis, quo¹⁾ nihil est in rerum natura præstantius. Eum, in naturam simplicem, et si non videas²⁾, nec videre possis, ramen ex actionibus ejus statim agnoscas necesse est. In cerebro habitare creditur³⁾, communī illo sentiendi instrumento, unde nervorum ope omnia corporis membra pro lubitu commovet. Animus est, qui oculis videt, auribus audit, naribus olfacit, lingua gustat, & nervis sentit. Animo igitur quinque sensus, visus, auditus, olfactus, gustus & tactus rectissime tribuuntur, ejusdemque omnia corporis membra instrumenta sunt. Quantum igitur inter artificem & instrumentum, tantum inter animum & corpus interest. Et profecto talis est animi natura, quam⁴⁾ præ ceteris omnibus summopere suspicere atque admirari debamus.

1) sott

- 1) som er det ypperste i den hele Skabning 219.
 2) man seer 206. 3) man troer, at den
 226. 4) for, ut eam 210.

XXVII. Fortsættelse.

Solus enim hominis animus rationis est particeps, cuius¹⁾ quantæ sunt virtutes, quamque mirabilis! Ratio enim memoriam habet rerum innumerabilium, causas rerum & effectus investigat, & multa, quæ futura sunt, prævidet. Ea, dicendi vi prædicta, quidquid cogitaverit, verbis exprimere, cumque aliis communicare valet. Ea innumeratas artes excogitat; terram universam, &c. quæcunque in ea sunt, omnia in usum suum convertit, ac bestias omnes, vel eas adeo, quæ robore ac magnitudine longe hominibus antecellunt, subigit. Ea in ipsum coelum penetrat, atque astrorum cursus, eorumque intervalla immensa indagat. Ea denique facultatem habet, ipsius Dei, auctoris sui, cognoscendi²⁾, & spem certissimam, si quidem ei placere studeat, æterna felicitate in coelo fruendi. Tantam dignitatem homo habet, tamque illustri in loco a Deo est constitutus!

1) for, & ejus og hvor store ere dens Fuldkommenheder 213. 2) 169.

XXVIII. Menneskeslægten.

Ingens sane numerus est hominum, qui in orbe terrarum versantur, quorum quidem milles

lies mille vix millesimam partem efficiunt. Numerum autem immensum mille millionum quis mente concipiat¹⁾?

Qualibet ter millesima sexcentesima horæ parte²⁾ homo nascitur; ergo qualibet sexagesima³⁾, sexaginta nascuntur; ergo qualibet hora sexages sexaginta, ter mille sexcenti; ergo qualibet die, vicies quater tria millia sexcenti, seu, sexies & octogies mille cum quadringentis. Iisdem vero temporum spatiis totidem fere moriuntur. Sumitur quoque vulgo, e centum hominibus per anni spatiū ternos morte descendere; ergo e mille hominibus quotannis tricenos.

Cum igitur terra nostra tot incolarum miliones habeat, quam infinita sit necesse est⁴⁾ multitudo incolarum, in stellis; quæ innumerabiles sunt, habitantium. Stupentes igitur infinitam potentiam, sapientiam ac bonitatem Dei, auctoris tantorum operum, admiremur⁵⁾, ac summo studio veneremur!

1) Hvo kan fatte det? 201. 2) i hvert Sekund. 3) i hvert Minut. 4) hvor uendelig maae da — være 125. Nota. 5) lad os, eller, vi maa beundre 204.

Anden Bog.

Samtaler.

Første Capitel.

I. Om Gud.

Pater. Pater. Filius.

Quid putas, mi fili, si cōsidras hæc prata, hos flores, has arboreas; si conspicis fruges in agris, pisces in aquis, aves in aere, solem in coelo; num ¹⁾ hæc omnia casu fortuito orta sunt? Filius. Hoc credere, stultitia est maxima; P. Unde igitur omnia habent originem? F. A Deo, qui conditor est omnium rerum. P. Recte. Deus auctor est cœli, solis, lunæ & siderum; ignis, aëris, aquæ & telluris; hominum, bestiarum quadrupedum, avium, piscium, amphibiorum, insectorum & vermium; plantarum, frumentum & arborum; metallorum & salium. Unde igitur noti ²⁾, Deum esse? F. Ex innumeris ejus operibus ³⁾.

Om Gud.

dum, metallorum & salium. Unde igitur noti ²⁾, Deum esse? F. Ex innumeris ejus operibus ³⁾.

1) er alt dette opført? 2) orior. 3) opus.

II. Fortsettelse.

P. Unde tu ipse ortus es? F. Ab eodem. Solus enim Deus est, qui mihi corpus & animum dedit ¹⁾, cibum, potum & vestes suppeditat, vitam & salutem conservat, aliisque beneficiis innumeris me cumulat. P. An tu præstantior es, quam equus aut aliud animal? F. Sane. Homo enim sum, in quo inest ²⁾ animus ratione prædictus, qualem nullum aliud animal habet. P. Cur autem animalia rationem non habent? F. Quia sic hominibus, quorum causa adsunt, utiliora sunt. P. Nonne igitur maximas gratias agere debemus Deo nostro, benignissimo patri, qui nobis tot bona tamque varia largitur? F. Id qui non facit, is profecto est ingratissimus.

1) do. 2) insum.

III. Fortsettelse.

P. Ubi autem est Deus, pater ille benignissimus? F. Ubique est nobis praesens, nec ullus ¹⁾ est latæbra tam obscura aut abdita, in qua Deus non

non adsit. P. Ergo nec poterit ei aliquid esse obscurum? F. Nihil prorsus est, quod Deus ne- sciat. Videt omnia, quae agimus; audit verba omnia, quae loquimur; quin, novit etiam cogi- tata nostra omnia, tam bona quam mala. P. Cave igitur, ne quid ²⁾ unquam facias aut cogi- tares, quod Deo displiceat. Licit enim homines fallas, Deum tamen nunquam fallere poteris. Ubi autem recte agis, tum laetare, quod Deus illud norit ³⁾, qui probitatem tuam olim remu- nerabitur.

1) for, & nulla. 2) for, aliquid 223. 3) for neverit 59.

IV. Fortscettelse.

P. An potes ¹⁾ videre Deum? F. Minime; non enim corpus habet, ut homines; ideoque et si ubique est, nusquam cerni potest. P. Non- ne etiam in te est natura talis, quae non cadat in oculos? F. Est ²⁾, nempe animus, qui in no- bis viget. P. Num autem Deus etiam aliquan- do ortus est, ut animus tuus? F. Nunquam ne- que factus est, ut angeli; neque natus, ut homi- nes; sed ab aeterno fuit. P. Estne ³⁾ aliquan- do moriturus, ut homines? F. Nunquam mori- tur, sed ut fuit sine initio, ita etiam erit sine fi- ne. P. Cura igitur, ut Deum tibi amicum ⁴⁾ facias, qui, cum sempiternus sit, perpetuo te fel- licem reddere potest.

1) possum

1) possum 66. an potes fan du 118. 2) ja
210. b. 3) stal den vel dse 118 4) til
Ven 157. I.

V. Fortscettelse.

P. Quanta est potentia Dei? F. Infinita. Potest enim omnia facere, quaecunque vult; nec est quidnam, quod Deus efficere nequeat. Hinc dicitur omnipotens. P. Cave igitur sedu- lo, ne malis moribus eum offendas, cum nihil re e manu ejus eripere valeat. Fac potius stu- diosissime, quae Deus jubet, quemadmodum Iosephus ille probus, cui persuaderi non poterat, ut flagitium committeret, quia Deum magis time- bat, quam homines. F. Et quid timeam, si Deus omnipotens tecum est, meque tuerit? P. Verum est, quod apostolus ait: si Deus pro nobis, quis contra nos? Hinc bono semper ani- mo esse possunt, qui Deo confidunt.

VI. Fortscettelse.

P. Estne Deus etiam benignus et beneficus? F. Pater est benignissimus et beneficissimus ¹⁾. P. Unde id nosti? F. Ex eo, quod assidue tot ac tanta beneficia nobis largitur, ut dubitare non possimus, quin ²⁾ summa sit Dei erga homines benevolentia. P. Ergo curat Deus homines? F. Curat profecto, neque tantum homines, sed etiam animantes, Nihil enim sit in rerum natu-

ra sine Dei providentia? P. Cuinam igitur sumiunt debes amorem? F. Deo, patri optimo, qui meretur, ut eum multo magis amem, quam parentes meos, aut omnes, quos habeo carissimos. P. Certe, nunquam eum satis laudare atque amare possumus.

1) beneficis. 2) illi.

VII. Fortsættelse.

P. Num autem omnes homines Deo placere possunt? F. Non omnes. Pii quidem, qui Deo, tanquam filii morigeri, obediunt, apud eum sunt in gratia; improbis autem, qui ei obtemperare nolunt, non potest Deus favere; est enim sanctus, et odit ¹⁾ omnem impietatem. P. Et cum sanctus sit Deus, quid inde sequitur? F. Ut etiam justus sit, et malos puniat. P. Quid igitur minatus est improbis hominibus? F. Poenas justissimas, quas, si non in hac vita, certe post mortem luent. P. Ergo cave, ne quid ²⁾ facias, quod Deus improbet. Tum essem in felicissimus. Quid enim terribilius, quam ira Dei omnipotentis. F. Omni studio id cavebo.

1) Verbū defectivū 74. 2) for, ut nihil.

VIII.

VIII. Fortsættelse.

P. Quid autem piis hominibus Deus promisit ¹⁾? F. Aeternā felicitatem, quam in celo nanciscētur. P. An hoc certum est? F. Certissimum. Deus enim verax est, qui, quae promisit, certissime facit. P. Quis est, qui hanc nobis spem egregiam fecit? F. Iesus Christus, qui ferre duodeviginti ab hinc seculis in Iudea vixit ²⁾, et doctrina pariter, ac morte sua spem hominibus restituit, aeternam adipiscendi ³⁾ felicitatem. P. Vide, quantum ei debeamus. Obtempera igitur, dum vives, praeceptis ejus! Tum haud dubie consequeris felicitatem illam, in celo nobis paratam ⁴⁾, ac perpetuo duraturam.

1) promitto. 2) vivo. 3) 168. 4) for, quæ parata est 115.

IX. Om at staae op.

Friedericus. Carolus.

F. Heus! heus! Carole, expurgescere! tempus est surgendi. Audisne? C. Non audio. F. Ubi ergo habes aures? C. In lecto. F. Hoc video. Sed quid facis adhuc in lecto? C. Quid faciam? dormio. F. Dormis? et loqueris tamen tecum? C. Saltem volo dormire. F. Nunc autem non est tempus dormiendi, sed surgendi. C. Quota est hora? F. Septima. C. Quando tunc sur-

surrexisti ¹⁾ e lecto? F. Iam ante duas horas. C. Num sorores meae iam surrexerunt? F. Iam dudum. C. Sed frater meus certe adhuc jacet in lecto. F. Erras. Cum exercefas cōrem cum, statim reliquit ²⁾ nidum suū. C. Mox igitur surgam.

1) surgo. 2) relinquō.

X. Om̄ det samme.

Ernestus. Theophilus

E. Quæta hora, Theophile, cubitu surrexisti hodie? T. Paulo autē sextam. E. Quis te exercefecit? T. Nemo. E. An cetri iam surrexerant? T. Non dum. E. Non ivisti ¹⁾, illos excicatum ²⁾? T. Non ivi ³⁾. E. Cur non? T. Quia id nunquam facere soleo. A. Anno te illi excitant interdum? T. Hoc saepe fecerunt, fateor. E. Memento ⁴⁾ igitur, ut, si opus est, idem facias. Sed quid fecisti, postquam surrexeras ⁵⁾ cubitu? T. Primum preces ad Deum feci. E. Factum bene. Quid postea? T. Deinde faciem manusquæ lavi, os elui, vesterisque indui, postremo ad quotidiana studia me retuli ⁶⁾. E. Perge sic facere, ac Deum quotidie in auxilium vocare: tum certe in dies evades melior. T. Nunquam desinam, ita me gerere, ut Deo bonisque hominibus placere possim.

1) eo,

1) eo. 71. 2) ſupinum 164. 3) nei 121.
4) memini. 5) ſurgo. 6) refero.

XI. Om̄ at ſtrive.

Leonardus. Henricus.

L. Quid agis? Henrice. H. Scribo, ut vides. L. Quid scribis? H. Versus, qvos praeceptor dictavit. L. Ostende, quæſo, scripturam. H. Adspice. L. Vidēris mihi nimis festinanter scripſisse ¹⁾. H. Scribo interdum melius. L. Cur igitur nunc tam male scribis? H. Desunt mihi bene scribendi adjumenta. L. Quaenam? H. Bona charge, bonum atramentum, bona penna. Haec enim charta, ut vides, misere perfluit; atramentum est aquosum ac pallidum; penna mollis et male parata. L. Cur ista omnia non mature providisti? H. Pecunia mihi decerat ²⁾, et nunc etiam deest. L. Dabo tibi mutuo aliiquid ³⁾ pecuniae, ut possis meliorem chartam et cetra comparare. H. Benevolentiam tuam gratus agnosco.

1) scribo. 2) deſum. 3) 142.

XII. Om̄ Papir.

Christianus. Ludovicus.

C. Unde venis? Ludovice. L. E taberna. C. Quid ibi voluisti? L. Chartam emi. C. Quantum

tum

tum emisti? L. Scapum. C. Quanti¹⁾? L. Duo-
bus grossis²⁾. C. Ostende, quæso. L. Vide,
num³⁾ bona sit. C. Bona est profecto. Ad
quem usum emisti? L. Inepte quaeris. Ad quid
aliud, nisi ad scribendum? C. At multiplex est
chargeæ usus. Quam multæ merces chartis, invol-
vuntur. L. At nunc loquimur de scriptoria
charta, non de emporetica. Nos enim non su-
mus mercatores. C. Nonne etiam charta siccamus
recentem scripturam? L. Satis seio; sed illa est
charta bibula, quæ atramentum absorbet. C. Et
tamen charta est. L. Est sane. Sed eamus nunc
in auditorium.

1) 145 Nota. 2) 102. 10). 3) 118.

XIII. Om Blæf.

Franciscus. Augustus.

F. Habisne bonum atramentum? amice. A. Habeo¹⁾. F. Visne²⁾ mihi dare aliquantulum? A. Echo! non habes? F. Habeo quidem, sed eo non possum scribere. A. Cur non? F. Quia ni-
mis spissum est. A. Porri ge atramentarium tuum;
ego infundam tibi. F. Ecce! infunde! vah!
quam liquidum est. Sed admödum decolor esse
videtur. A. Erras; satis nigrum fiet, si modo
bene miscueris³⁾. F. Feci, et probe miscui.
A. Nunc fac periculum, et scribe aliquid. F. Dicta
mihi aliquam sententiam. A. Experiens
est,

est rerum magistra. F. Scripsi. A. Nunc
exspecta, dum scriptura bene desiccata fuerit.
Vide, quam nigra sit. F. Sic est. A. Ergo vi-
des, experientiam⁴⁾ esse rerum magistrum.

1) Sa 120. b. 2) volo 68. 3) misceo. 4)
Accus. c. Inf. 123.

XIV. Om Pennefiere.

Albertus. Georgius.

A. Visne mihi, Georgi¹⁾, aptare duas
aut tres pennas? G. Satis erit, si unam apta-
vero in præsentia. Suntne²⁾ novæ? A. No-
væ quidem, sed paratæ, ut secentur. Iam e-
nim lævigavi caules, & plumulas detraxi³⁾. G.
Ostende. Optimæ sunt & ad scribendum
aptissimæ. A. Unde id nosti? G. Quia cau-
lem habent amplum, firmum & lævern. Nam
molles, & quæ caulem breviorem⁴⁾ habent,
minus sunt ad scribendum habiles. A. Visne
igitur mihi unam aut alteram apparare? G. Id
statim fiet. Adspice diligenter, ut discas ali-
quando. A. Operam dabo, ut discam. G.
Nunc habes duas pennas, recte, ni fallor, in
usum tuum accommodatas. Hanc tertiam in
aliud tempus tibi integrum servabis. A. Ago
tibi gratias, Georgi amicissime. Vale.

1) Vocabutus 18. Num. 2. 2) ne bliver hænge
i Enden af et andet Ord 118. 3) detraho. 4)
133. Nota 1.

XV. Om Breve.

Daniel. Philippus.

D. Quid legis, Philippe? P. Epistolam.
 D. Quis scripsit? P. Frater meus. D. Unde?
 P. Hamburgo¹⁾. D. Quo diē²⁾? P. Die Mercurii. D. Quando accepisti? P. Ante horam. D. Quis attulit³⁾? P. Nescio. D. Nescis? Quis tibi dedit eam? P. Auriga quidam misit⁴⁾ mihi e deversorio. D. Quid tibi script frater? P. Nimis longum foret, omnia tibinarrare, neendum⁵⁾ totam perlègi. Sed litteras ipsas tibi ostendam post prandium. D. Id mihi pergratum erit. Quando rescribes? P. Fortasse perendie. D. Tum saluta eum meo nomine. Nosti enim, quātoprē eum semper amaverim. P. Hoc probe scio. D. Ergo communicabis tecum epistolam? P. Ut promisi.

1) 122. C. 2) 101. 3. 3) adfero s. afferō.
 4) mitto. 5) for, & nondum.

XVI. Om Igientageler.

Paulus. Valentinus.

P. Quid agis, Valentine? V. Repeto lectioñem hesternam, quæ hodie reddenda est¹⁾. P. Tenesne memoria? V. Propemōdum. Et tu, num recitare poteris? P. Vereor, ut²⁾ pos-

possim. V. Visne³⁾, repetamus una? P. Libentissime. Sed quomodo rem instituemus? Audiamus alter alterum. P. Cur autem repetimus quotidie, quæ pridie didicimus⁴⁾. V. Quia praeceptor sic jubet. P. Id satis scio; sed cur jubet? V. Ad confirmandam⁵⁾ memoriam. Nam quo⁶⁾ diligentius lectiones repetimus, eo melius tenemus. Incipe igitur, & recita lectionem tuam. P. Atque tuum est⁷⁾ potius incipere. V. Quid ita? P. Quia me invitasti. V. Incipiam igitur. Tu vero attente audi, ut moneas, si quid⁸⁾ peccaverim.

1) 167. 2) at iffe 112. Ann. 2. 3) scil.
 ut. 4) disco. 5) 173. 6) jo 130. 7) 144.
 2). 8) for, aliquid 223.

XVII. Om Uagtsomhed.

Benedictus. Casimirus.

C. Adfui¹⁾ hodie concioni sacrae? C. Adfui. B. Quis concionatus est? C. Ipse antistes. B. Unde summis²⁾ thema? C. Ex epistola Pauli ad Romanos. B. Ecquid ex oratione in memorie mandasti? C. Nihil, quod referre possim. B. Nihilne? C. Certe, nihil possim reminisci. B. Ne verbum quidem? C. Nihil prorsus. B. Quid igitur tibi prodest³⁾, adfuisse concioni? C. Nescio; nisi quod interim nihil⁴⁾ mali feci. B. Sed die⁵⁾ mihi, quam ob causam illuciveras⁶⁾? C. Ut aliquid addi-

addiscerem. B. Cur id non fecisti? & quæ fuit causa, cur nihil memoriae mandaveris? C. Negligentia mea, fateor; non enim diligenter auscultabam. B. Quid igitur meruisti hac tua negligentia? C. Poenam, fateor. Sed cavebo in posterum, ne denuo merear. B. Hoc facito, & semper attentus es, sive in schola sis, sive in æde sacra. C. Profecto faciam.

- 1) adsum. 2) sumo. 3) profsum 45 Nota.
4) 137. 5) 59. 4). 6) eo.

XVIII. Om Leeg.

Conradus. Godofredus. Otto.

Veni, Godofred! veni, Otto! venite ambo! G. Quo tandem? C. In aream. Præceptor enim nos jussit ¹⁾ ludere. O. Quid hic narrat? C. Quod certissimum est, & quod ipsorum ceteris commilitonibus mox audieris. G. Ludant ²⁾ sane alii, quantum volent; ego non ludam. O. Nec mihi animus est, ³⁾ ludendi. C. Quare autem? G. Malo reperire lectiones meas, quam lusu tempus perdere. C. Num hoc est, tempus perdere, si corpus exercemus ad valetudinem conservandam? O. Et ego in eos sum, ut describam, quæ præceptor dictavit. C. Ohe! quam morosos habeo condiscipulos! G. Sibi ⁴⁾ quisque ferit, sibi metit. C. At præceptor jussit nos ludere. O. Mentiris! Debebas

bebæs dicere, permisisse ⁵⁾ eutti, ut ludamus, non autem, jussisse. Nemo enim ad ludum cogitur. C. Valete, ego ludo.

- 1) jubeo 126. 2) lab de andre fun lege 201. 3) est mihi. Jeg har. 151. 4) 150.
5) permitto.

XIX. Om Voepçel.

Cornelius. Samuel.

C. Quod est tibi ²⁾ domicilium Cornelii? S. Paterna domus. C. Unde nunc venis? S. Domo ²⁾. C. Ubi prandisti? S. Domi. C. Ubi coenabis? S. Apud avunculum meum, qui me hodie invitavit. C. Ubinañ ille habitat? S. In domo quadam conductitia, ad forum sita. C. At nonne habet propriam domum? S. Habet quidem, sed eam locat quibusdam inquilinis. C. Locat igitur propriam domum, & conductit alienam? S. Ita est. C. Cur suam non potius habitat? S. Quia sita non est in loco satis commodo. C. Quanti locat? S. Duodecimtrinta imperialibus (thalernis). C. Sed illam alienam quanti conduxit? S. Longe pluris. C. Quanti igitur? S. Quinque & quadraginta imperialibus. C. Cara est habitatio. S. Carissima. Sed quid agat ³⁾. Commoditas loci id postulat.

- 1) 151. 2) 122 Nota. 3) 201.

XX. Om en Faders Hjemkomst.

Petrus. Sigismundus.

P. Quid ira latus es, Sigismunde? S. Quia pater domum rediit. P. Ubinam fuit? S. Lipsiae ¹⁾. P. Cur eo fuerat profectus ²⁾? S. An nescis, mercatum ibi esse habitum ³⁾, eumque frequentari a mercatoribus negotiandi ⁴⁾ causa? P. Utrum pedes, an equus rediit, an in rheda? S. Equo vectus ⁵⁾ est. P. Quando advenit? S. Ante horam. P. Quis tibi tam cito nuntiavit? S. Famulus, qui eum jam e loginquo vententem ⁶⁾ viderat. P. Iamne salutasti? S. Salutavi ⁷⁾, cum vix ex equo descendisset. P. Quid amplius illi fecisti? S. Calcaria detraxi ⁸⁾ & ocreas. P. Bene fecisti. Sed miror, te propter ejus adventum non mansisse ⁹⁾ domi. S. Id nec pater permisisset, nec ego ipse vellem, cum nunc tempus adsit, eundi in scholam. P. Hoc laudem meretur. Sed quomodo valet pater tuus? S. Optime, Dei beneficio. P. Evidem gaudeo tecum, quod salvus redierit. S. Sed alias pluribus colloquemur. Eamus ¹⁰⁾ nunc in scholam.

1) 122. A. 2) profifisor. 3) habeo. 4) 168.
5) velio. 6) 190. 7) Ga. 120 b. 8) detraho.
9) maneo. 10) 204.

Andet Capitel.

I. Kierslighed til Forældre.

Antonius. Christophorus.

A. Pater tuus, ut accepi, rediit e Gallia? C. Rediit sane. A. Quando? C. Die lunæ; vesperi. A. Annon tibi adventus ejus molestus fuit? C. Quid molestus? imo vero jucundissimus. Sed cur istud rogas? A. Quia fortasse illo absente ¹⁾ tibi potestas est, liberius vivendi. C. Nescio, quam mihi libertatem narres. A. Ludendi & cursitandi. C. An igitur putas, me ²⁾ aliter vivere absente patre, quam eo praefante? Ludo, quum tempus vacat; non discuro, sed cum bona matris venia in publicum prodeo, quum aliquid ³⁾ habeo negotii. A. Etiamne matri tantopere subditus es? C. Aequo ac patri. Quid enim putas? Nonne de utroque parente æquale est Dei præceptum? Honora, inquit, patrem & matrem. A. Noviego ista, &, quæ dixisti ⁴⁾, placent mihi omnia. C. Cur ergo mihi repugnabas? A. Ut nobis arcesserem sermonis materiam. Sed audi horologium. C. Opportune nos admönet. Discedamus igitur. A. Vale, & me amare perge.

1) 193 eller 197. i hans Graværelse. 2)
at jeg 123. 3) 142. 4) dico.

II. Skemtefuld Samtale.

Andreas. Mauritius. Rudolphus.

A. Salve, mi Mauriti. M. Gratias ago,
mi Andrea Quid adfers? A. Me ipsum. M. Sic
rem haud magni pretii ¹⁾ hoc attrulisti ²⁾. A.
Atqui magno constiti patri meo. M. Credo plu-
ris, quam quisquam te taxaret. A. Sed Rudol-
phus estne domi? M. Nescio. Pulta fores
ejus, & videbis. A. Heus! Rudolphe, num
es domi? R. Non sum ³⁾. A. Impudens!
non ego audio te loquentem ⁴⁾? R. Imo ⁵⁾ tu
es impudens. Nuper ancillæ vestræ credidi, te
non esse domi, cum tamen essem; & tu non cre-
dis mihi ipsi. A. Aequum dicis; par pari retu-
listi ⁶⁾. Evidem ut non omnibus dormio, ita
non omnibus sum domi. Nunc vero adsum.
A. Sed tu mihi vidēris cochlear vitam agere. R.
Qui sic? A. Quia perpetuo domo latitas, nec
unquam ⁷⁾ prorēpis. R. Foris nihil est negotii,
A. At serenum coelum nunc invitat ad deambu-
landum. R. Verum est. Si igitur deambulare
lubet, per horūlam te comitabor; nam tote
hoc mense pedem porta non extuli ⁸⁾. Vocabo
Mauritiam, ut una nobiscum ⁹⁾ eat. A. Pla-
ceret. Sic enim jucundior erit deambulatio.

1) 143

1) 143. 2) adfero. 3) 121 b. 4) 190.
5) 121 c. 6) refero. 7) for., & nunquam.
8) effero. 9) 193 Nota.

III. Ubehageligt Veir.

Joachimus. Martinus.

J. Audisne ventum vehementer flantem ¹⁾,
Martine? M. Audio. J. Nonne nobiscum me-
lius ageretur; si omnis ventus & tristis illa hiems
a terris nostris abeget ²⁾? M. Non: sunt
istæ res utiles. J. Cuinam rei? M. Venti pur-
gant aërein vaporibus minus salubribus, aut mo-
vēndo ³⁾ aëre carent, ne is pestiferis impleatur
vaporibus, nec nobis fiat noxius. J. Audio ⁴⁾.
Sed quid prodest hiems? M. Reddit terræ aliis-
que fœbus vites, quas per æstatem amiserant ⁵⁾.
Ac nonne arbores, si perpetuo solis calore ere-
scere & fructus ferre cogarentur, tandem inten-
tirent ⁶⁾? J. Unde autem sit, ut hiems terra
gelu concrescat, & flumina glacie indurēntur?
M. Causa hæc est, quod hiberno tempore radii
solis obliquius feruntur ad eam terræ partem, ubi
nunc hiems est, ideoque longe minorem vim ha-
bent calefaciendi. Hæc accedit, quod pér hiemem
noctes longiores sunt, dies autem breviores.

1) flo. 2) absim. 3) ved. Bevegelsest 174
3) 4) godt! 5) amitto. 6) intereo.

IV. Fortsetelse.

J. Attamen satius foret, si perpetuo vere frueremur. M. Erras. Ver perpetuum tibi & mihi omnibusque tandem tædio ²⁾ foret. J. Hoc vix crederim ²⁾. M. Omnis suavitas nititur varietate rerum. Res quamvis pulcherrima & jucundissima tandem tædio fit, si ea perþetuo utimur ³⁾. Cogita, quam suavis sit sanitas corporis iis, qui gravi morbo laborarunt, & quam parvi ⁴⁾ æstimetur ab iis, qui nunquam ægrotarunt. J. Quid autem dicas de tonitrabus. Nonne optandum ⁵⁾, ut nunquam fulmina, nunquam tonitrua nos terrerent. M. Etiam tonitrua sunt necessaria. Terram enim fertiliorem reddunt, noxiosque vapores consumunt. Deus etiam ea, quæ terribilia nobis videntur, commodi nostri causa fecit. J. Non stulte loqueris. Video, Deum sapienter agere in omnibus rebus.

1) 150 b. 2) 201. 3) 163 og 227. 4) 145.

5) 166.

V. Indbydelse til Maaltid.

Gustavus. Stephanus.

G. Salve multum, jucundissime Stephane. St. Salve & ipse ¹⁾, mi humanissime Gustave. Quid agis? G. Ego non nihil habeo, quod ²⁾ tibi succensem. S. Quid ita? Quid admisi sceleris? G. Quod me plane negligis, meque tam

raro revisis. S. Verum hoc non mea culpa accedit. Dabis veniam occupationibus meis, per quas mihi non licet toties, quoties cupio, terevisere. G. Ita demum fibi ignoscam, si hodie apud me coenes. S. Haud iniwas pacis leges præscribis, Gustave. Lubentissime veniam. G. At cave, ne me deluseris ³⁾. S. Hac in re non fallari. Sed heus tu, cave, quidquam paraveris præter quotidiana. G. Cavebo, & satis frugali coena te excipiam. At tu vide ⁴⁾, omnes curas tuas, & quidquid hilaritati officiat, domini relinquas. S. Ita fieri. Exporrigemus frontem, nosque jucunditai dabimus. Numquid aliud vis? G. Fac, ad quintam horam adfis. S. Adero. Interrea vale.

1) 222. 2) 208. 3) deludo. 4) sc: ut,

VI. Maaltidet.

Gustavus. Stephanus.

S. Salve, mi Gustave. G. Bene factum, quod venisti. S. Nondum quinta sonuit, credo. G. Imo jam dudum. Haud longe sexta abest. S. Parvi ²⁾ refert, an post quintam venierim, sic ne ²⁾, modo ne post coenam. At quorsum tantus apparatus? Num me lipum existimas ³⁾, aut vulturem? G. Neutrum; tamen nec cicadam, ut rore vivas. Nihil est luxus. Attamen præstat, aliquid superesse, quam deesse. S. Haud ita con-

venerat, Nihil nisi quotidiana pollicitus es. G. Neque alia habebimus. Sed cum parata sint omnia; precibus ad Deum factis, discumbamus. S. Quale est hoc juscolum? G. Factum e cerevisia. S. Hui; quam ferver! G. Flato igitur, ante quam sorbeas. Quomodo sapit? S. Optime. Eiusmodi ego jusculis vescor⁴⁾ perlibenter. G. Nec minus ego. Aufer hanc patinam, Petre, & da ancillæ.

1) 149 Nota. 2) 119 Nota. 3) 157. 3.
4) 163.

VII. Fortsettelse.

G. Iam hunc capum dissecabimus. Num mavis¹⁾ de ala, an de fémore²⁾? S. Utrum vis; nihil mea refert³⁾. G. In hoc genere alis primæ partes tribuuntur. Accipe igitur alam. S. Tu mihi ministras, ipse nihil edis. Ego alteram tibi alam ministrabo. G. Noli timere, ne in coena cibo abstineam. Heus! Petre, ubi cessas? Nos hic plane negligis. Non vides, quanta sit hic siccitas? Quid si hoc rerum statu incendium continget, quo restinguemus? Da Stephano meo plenum cyathum. S. Fator, morem esse méum, ut inter eoenam bibam. G. Sed quid accedit tibi, quod parum es hilarius? Chrysippum agis, Melissa tibi opus⁴⁾ est. S. Quam hic mihi fabulam narras? G. Chrysippus philosophus adeo fertur⁵⁾ intentus fuisse suis argutiis, ut ad-

men-

mensam etiam fame peritus⁶⁾ fuerit, nisi Melissa ancilla cibum in os ingessisset⁷⁾. S. At ille vix dignus erat, qui⁸⁾ servaretur. Sed si te offendit taciturnitas, habes⁹⁾, quo eam finias. G. Memini; liberalius bibendum. S. Rem acutetigisti¹⁰⁾. G. Præbibo tibi, Stephane. S. Accipio libenter. Profit!

1) malo 68. 2) femur. 3) 149. 4) 190 a.
5) 136 Nota. 6) pereo. 7) ingerō. 8) 209.
9) scil. aliquid. 10) tango.

VIII. Fortsettelse.

G. Heus, Petre, tolle hanc patinam, atque appone cetera. S. Ministrarem tibi, si, quid potissimum juvaret, scirem. G. At haec sunt hospitis partes. Utrum de bubula, an de vervecina carne mavis? S. Bubula quidem magis delectior, sed vervecinam magis salutarem arbitror. G. Sic ego & suillam carnem mirum in modum amo; sed minime salubre esse ferunt¹⁾. S. Mirandum sane est, unde tanta in palatis humanis diversitas. G. Certe vix duos reperias²⁾, quos eadem juvent. Multos novi, qui casei ne olfactum quidem ferant. Sunt³⁾, qui aquam vino præferant. S. Quin vidi hominem, qui nec pane, nec vido uteretur. G. Hic quidem ablegandus esset ad eas gentes, quibus pisces vento durati sunt panis loco. Sed confabulatio nos cibi facit inimemores⁴⁾. Libetne tibi quid quam

quam amplius? amice! S. Nihil omnino. Ita satiatus sum, ut nihil amplius assumere possim.

1) 225. 2) 206. 3) 207. 4) 140.

IX. Fortsættelse.

G. Heus, Petre, tolle hæc, ac bellařia appōne. Mura orbes, & affer pruna, pira & mala. S. Quam suavi hæc omnia sunt sapore! G. Nunc, Petre, appone butyrum & cafeum, quibus ¹⁾ ventriculum, ut ajunt, claudamus. S. Meus jam clausus est. G. Ebibe calicem tuum, Stephane. S. Factum est. Iam, si libet, surgamus, Deoque, qui nos tam suavi cibo potuque recreavit, gratias agamus. G. Habeo tibi, Stephane carissime, gratiam, quod ad hanc coenulam venire dignatus sis; oro, æqui bonique eosfulas. S. Ego potius tibi maximas gratias debeo, Gustave amicissime, qui ²⁾ me hoc vivio excipere volueris, quod non habet accusandum, nisi hoc, quod sumtuosius, fuit, quam opus esset. G. Nimis benigne judicas. Sed quod reliquum est diei, si placet, lusu latrunculorum consumamus. S. Age, fiat.

1) sit, ut iis, 211. 2) fordi du.

X. Haven.

Samuel. Ericus.

S. Audi, amice! E. Quid vis? S. Vis mecum ire in hortum principis? E. Quid illic adspectu jucundum videbitus? S. Varias & pulchras arbores cum suis fructibus, herbarum & florum miram varietatem, amoenissimas ambulationes, fontes, salientes & statuas multas. E. Ad eam rem nos invitat coeli serenitas, & nunc sumus feriati. Tantis per modo exspecta, dum vestem mutaverim, iam paratus sum. Num longe hinc abest? S. Non admödum longe. Nunquam tu in eo fuisti? E. Nunquam. S. Ecce portam! Intremus. E. I præ, ego sequare. S. Videsne ambulationem pulcherrimam, tiliis constitam? Hic ad dextram duplicem seriem taxorum, quarum vertices in pyramidis five columnæ acutæ modum resecti ¹⁾ sunt. E. Et statuæ, quam artificiose ex axis sculptæ sunt! Illic aliquot marmoreas conspicio.

1) reseco.

XI. Fortsættelse.

E. Ubi autem est fons saliens? S. Mox videbis. E. Iam video. Vah! quam alte aquas ejaculatur! S. Hic xystus est, in quo, cum pluit, inambulant, ne imbre madescant. E. Quænam sunt hæ arbores, in cistis ligneis positæ ²⁾? S. Sunt

Sunt citræ arbores, mali aurantia & ficus. Ambulemus paulisper in hoc pomario. E. O amoenissimum locum! & quot areolæ, pulcherrimis floribus consistit. S. Illic, ecce! topiarii filiola in eo est, ut florum fasciculum colliget. Illum, credo, tibi offerer. E. Ego vero forori meæ feram. Gratissimum id ipsi futurum¹⁾ scio. S. Sed munusculum Aliquod pueræ dandum est. E. Hoc decet. Ejusmodi bona gratis accipere, turpe esset. Etiamne diætam, illic in medio horto exstructam²⁾, lustrabimus? S. Hoc jam fieri nequit; fores enim occlusæ sunt. Alio tempore topiarium rogabimus, ut eas aperiat.

1) pono. 2) scil. esse. 3) exstruo.

XII. Fortsættelse.

S. Attende! nullus est sensus, qui hic non aliqua voluptate adficiatur. Oculi primum: quæ pulchritudo, quæ varietas colorum, quibus tot arbores, innumerique flores nitent! Hinc non absurde vates ille Hispanus Majum appellavit pictorem mundi. Deinde aures: qui concentus avium & potissimum lusciniarum, tam suaves, ut satiari non possim auscultando. Tum nares: quam grati odores undique ex floribus, herbis & arboribus spirant! Sapor: quam varii fructus ei delectando³⁾ hic nascuntur! Et tactum si spectes, quid mollius hac ipsa aura, quæ salutari spiritu in universum corpus fæse insinuat. Arque non

non solum corpus, sed etiam animus noster quantopere exhilaratur huiusmodi amoenitatibus! E. Vera sunt, quæ dicis, omnia. Sed quod de sapore dicebas, me de edendo admonuit. Invitatus sum a Sempronio ad coenam, & antea vestis mihi mutanda est. S. Redeamus igitur domum. Spero fore⁴⁾, ut haec deambulatio ad sanitatem nobis conducat.

1) 170. 2) 124 Nota.

XIII. Sundhedens Bevaring.

Josephus. Arnoldus.

I. Quid facis, Arnolde? Cave tibi, obsecro. A. Quid mihi cavebo? I. Ne in morbum incidas tua ipsius⁵⁾ culpa. A. Qua ex causa? I. Ex nimia lusus intemperantia. A. Unde apparet periculum? I. Quia totus aestuas, totus sudore mades. A. Recte & in tempore admones; profecto non sentiebam. I. Desist, si me audis. A. Libentissime tibi morem gero. Quis enim respuat⁶⁾ tam fidele consilium? I. Deterge faciem sudariolo, & vesti te celeriter, ne subitum frigus contrahas. Omnis enim subita muratio periculosa est. A. Habeo tibi gratiam, Josephe; nam vere morbis sum obnoxius. I. Tanto magis debes cavere. A. Istud probe novi, & parens uterque me monet sepiissime. Sed quid agam? Natura proni sumus in nostram perniciem

niciem. I. O mi Arnolde, non est voluptati ser-
viendum, sed temperantia valetudini consul-
lendum. Iam satis indutus es. Nunc suadeo,
ut domum redeas. A. Vale, mi Iosephe, mo-
nitor amicissime!

1) 224. 2) 201.

XIV. Klæder.

Theodorus. Jacobus.

T. Meministine, quæ pater heri de usu
vestimentorum dixit? J. Num me putas tam
obliviosum, ut non amplius meminerim? T.
Quid igitur dixit? J. Vestimentorum, dixit,
eam esse utilitatem, ut corpus tegant, ab eoque
frigus, æstum, ventum, pluviam & pulverem
arceant. T. Nihilne dixit amplius? J. Addi-
dit etiam, vestibus effici, ut alterum ab altero
possimus distinguere. Hinc fit, ut feminineus se-
xus aliis utatur vestibus, quam virilis. T. Quin
ex vestibus nonnunquam possimus cognoscere,
quo quis vitæ genere utatur, v. c. milites, ve-
natores. Nihilne miministi de ornatu, cui vestes
adhibentur? J. Vestes etiam nos exornare pos-
sunt, ut aliis magis placeamus. T. Quid autem
monebat pater? J. Ne laudem e pulchris vesti-
bus quereremus; eam, inquiens ¹⁾, deberi iis,
qui confecissent. T. Addebat etiam hæc: si a-
mari vultis, bonos vos esse oportet ²⁾, aut om-
nem

nem adhibere operam, ut boni fatis. Virtutes
enim, non vestes, vera sunt hominum orna-
menta.

1) inquam. 73 da 179. 2) 158. 2,

XV. Herren og Tieneren.

Herus. Famulus.

H. Unde tu, Christophore? F. Capilla-
mentum hoc concinnandum ¹⁾ curavi: H. Can-
delam accende, ut has obsignem litteras. Nunc
trade eas cursui publico. Si Hamburgo cursor
publicus redierit, nova tibi Hamburgensia ut tra-
dantur, roga. Revertens ²⁾ tonsorem arcesse,
qui ³⁾ barbam mihi radat. Sed mature adsit ne-
cessere est ⁴⁾. Hora enim nona proditurus ⁵⁾ sum
in publicum. F. Redii, here optime. H. Di-
ligenterne omnia es exsecutus ⁶⁾? F. Ego ve-
ro ⁷⁾ omnia. En tibi nova Hamburgensia, ac
binæ litteræ, Lipsia adlatæ ⁸⁾. H. Num solvi-
sti mercedem cursus publici? F. Solvi ⁹⁾. H.
Quantum? F. Sex grossos. H. Accipe expen-
sum. F. Foris est tonsor. H. Intro eum ad-
mitte. Sorbitio, estne parata? E. Est sane. Sed
jam refrixit ¹⁰⁾. H. Batillo impōne. Acta hæc
ad curiam defer ¹¹⁾. Defer etiam pallium; im-
pendere enim pluvia videtur. Domum rever-
sus ¹²⁾ has litteras describe. Hora duodecima
domum redibo.

1) 186.

1) 186. 2) 180. 3) 211. 4) 125. Note.
 5) prodeo. 6) exseqvōr. 7) Ja 120 a. 8)
 adfero. 9) 120 b. 10) refrigeresco. 11) 59.
 4. 12) 180.

XVI. Forsomte Skoletimer.

Jacobus. Theodorus.

J. Hodie demum e villa revertisti? T. Hodie ¹⁾, idque ²⁾ paulo ante prandium. J. Atqui dixeras, te futurum illie modo biduum. T. Ita sperabam fore, & pater sic prædixerat. J. Quid igitur obstitit ³⁾, quo minus ⁴⁾ redieris ciuiti? T. Mater me detinuit. J. Sed cur etiam diu remorata es? T. Ut se comitarer redeuntem ⁵⁾. J. Quid vero agebas interea? T. Colligebam fructus euni rusticis nostris. J. Quos fructus? T. Quasi ignoti tibi sint fructus ferentini, pira, mala, juglandes, castaneæ. J. Iucundum sane negotium. Sed interim quinque aut sex prælectionum fructus tibi periit. T. Hoc valde doleo; sed enītar pro viribus, ut damnum quodammodo resarciam. J. Quid facies? T. Describam omnia quam diligentissime. J. Sed non omnia satis intelliges. T. Tum tu mihi aderis, & mecum præceptoris explicationem communicabis. J. Quanto præstisstet, ipsum audire magistrum. T. Multo sane præstiterat. Sed cum id mihi non configerit ⁶⁾, nec mea culpa factum sit, non habeo, quod ⁷⁾ me acusem. J. Rec-

te

te dicis. Sed ecce! vocamur ad coenam. T. Intremus igitur.

1) 120 b. 2) 221. 3) obisto. 4) 112. 5)
 paa Tilbagæveten 187. 6) contingo. 7)
 for, propter quod 208.

Tredie Capitel.

I. Deeltagende Venstfab.

Leopoldus. Guilielmus.

L. Quid hic solus cogitas? amice! G. Deploro miseriam meam. L. Quānam te affligit miseria? G. Ecce! mutavimus classes, nec est mihi pecunia ad libros emendos. L. Non dat tibi pater? G. Dat quidem interdum, sed parce nimis. L. Est igitur avarus? G. Non sequitur. L. Quid igitur impedit, quo minus tibi pecūniam suppeditet? G. Paupertas. Prærea, quum peto, miratur, tot nobis opus ¹⁾ esse libris. L. Nihil mirum, præsertim cum sit pauper. Sed esto bono animo, nec te afflites, que-
fo.

so. Dabo operam, ut meus pater te juvet²⁾. Is enim libenter largitur pauperibus, præsertim iis, quos³⁾ novit bonarum litterarum studiosos esse. G. O me felicem, tua opera si me Deus adjuverit. L. Nullus dubito, quin hoc facturus sit. G. Gratias tibi habeo maximas, qui⁴⁾ mihi animum reddideris, & ulti^o mihi tantum offeras beneficium. Quotus enim quisque hoc faciat? L. Vale interim, mi Guilielme, ego statim adibo patrem.

1) 160. 2) 159. 3) 217. 4) fōrdi du
212.

II. En Spadsegang.

3) Pater. Filius.

P. Deambulatum¹⁾ prodeo, & tu me comitaberis, mi fili. F. Quonam ibimus, pater carissime? P. In campum, visuri²⁾, quid tibi agatur. F. En, adsum, pater optime. P. Eamus igitur. Nunc surius ante portam. F. Vah! quantus fluvius! Num ponticulus hicce nobis transeundus est? P. Ita. Ades huc, Friderice! manu te ducam, ne in fluvium decidas. F. An alta est aqua? P. Praalta est. Qualis est hæc domus? F. Mola est. Video rotas, quæ per aquam delabentem circumaguntur. P. Videsne istic puerum, in ripa sedentem? F. Video; quid facil ille? P. Pisces capere vult. Arundinem tenet cum funi-

funiculo; huic hamus adjunctus est cum unus recurvato, qui esca, veluti verme aut carne, obtegitur. Hamus in aquam demittitur, adnatat pisces avidus, eumque una cum esca affixa devorat. Tunc celeriter arundo attollitur, hami acumen caput pisces transit, atque ita pisces potest extrahi. Sic vero singuli capiuntur pisces. Retibus autem & nassis multi pisces, tanquam sacco, simul capi possunt.

1) 164.

III. Fortsættelse.

F. Quo nunc ibimus? P. In agros. Segetem lustrahimus. F. Qua vero via? Hacne lata, an illa semita? P. Semita ibimus; natum hæc lata via, quæ est vehiculorum propria, nondum satis sicca est a pluvia. F. Verum ita semita angusta est & lubrica. P. Noli¹⁾ timere. Simul ac post illam maceriam venerimus, latior het atque expeditior. F. O quam serenum & mite coelum! P. Audisne alaudam? F. Audio sed non video. P. Alauda magis percipitur aribus, quam oculis. Sed hic sursum tolle vulnus, & videbis. F. Iam eam conspicio. Puncti instar est, adeo pusilla apparet. P. Hæc frumenta nostine? F. Istud far est, hoc triticum. Illic video hordeum & avenam. P. Hi campi, tot segetibus onusti, quantas divinæ bonitatis divitias nobis offerunt. Vides, quot floribus pulcherrimis hæc prata vestita sint? F. An licet,

nonnullos decerpere? P. Licet, quantum volles.

i) 205.

IV. Fortsettelse.

P. Nunc pervenimus ad collem, in quo pulcherimus aperitur in planitiem prospectus. Itaque descendamus. F. O præclarum prospectum! P. Hic urbem nostram vides, & fluvium flexuosis anfractibus labentem; ad dextram campos patentissimos; ad sinistram montes silvis vestitos & vineas amoenissimas. F. Iste ovium gregem conspicor. Ubi est opilio? P. Illic sub arbore confedit. F. Nulline ei canes sunt? P. Ipsos non vides, prope opilionem cubantes? F. Timeo, ne ¹⁾ me mordeant. P. Non est, quod ²⁾ timeas. A me modo si non abscesseris ³⁾, non te hædent. F. Eri ibi anserum gregem, in lacu natantium. P. Iamne vidisti cervos? F. Nunquam. P. Illuc verte oculos. Videsne cefvum, ramosis ornatum cornibus? F. Quam præstanti est forma! Hic leporem video currentem. Quos ille saltus facit! P. Scilicet lepus est animal timidissimum. F. Quænam hæ sunt domitus? P. Pagus est. Videsne turfim? F. Video. Non est admödum celsa.

i) 112 Ann. 2. 2) 208. 3) abscedo.

V. Fortsettelse.

F. Euge! quam suaviter aves cantant! P. De vita sua lætantur, nosque cantu suo excitare videntur, ut & ipsi Deum, qui eas nostra causa fecit, celebremus. Ecce, duo plaustra, alterum farre, alterum foeno onustum. F. Qui fit autem, ut tantus acervus farris aut foeni e plaustro non effundatur? P. Vectis & fupium ope in plaustro firmiter colligatum est. F. Ille, viridi indutus veste, quis est? P. Venator est. F. Habet secum duo canes venaticos, quorum alter altero major est. P. Hi semper sequuntur dominum suum, cum sint ad venationem necessarii. F. Video hominem pauperem, nobis appropinquantem. Videtur nos allocuturus. Ibo illi obviam, ut, si forte ope nostra egeat, precebus ejus antevertam. P. Bene facis, mi fili. Ito. F. Non erat mendicus, quem esse putabam, sed viator, qui me, ut sibi viam monstrarem, rogobat. P. Monstrastine ei viam brevissimam? F. Monstravi, ut aberrare non possit amplius.

VI. Fortsettelse.

P. Sed nunc redeamus. Iam satis deambulatum est. Eamus per hanc silvulam, quæ via nos citius domum feret. F. Etiam vicum istum vellem visere. P. Fiet hoc alias. Nondumne

Iassus es de via? F. Minime. P. Consideramus tamen paulum ad hunc rivulum limpidum & frigidum in umbra arborum. F. Sane locus est amoenissimus. P. Quid contemplaris tam attente? F. Multas parvas bestias, velociter hue illuc discurrentes. P. Formicæ sunt, nunquam etiosæ. F. Quidnam portant? P. Aliæ cibaria, aliæ folliculos, unde novæ formicæ nascuntur. Nunc vero domum properandum est; instat enim coenæ tempus. Reperiesne domum nostram? F. Cur non reperiam? P. Præcede igitur. Videbo, an ipse eam sis reperturus. F. Iam conspicio domum nostram, & Fridericam fororem præ foribus stantem. Ei dabo hunc florū fasciculum, in prato isto collectum ¹⁾.

1) for, qui collectus est scil. a me, og dette, for quem collegi.

VII. Reglespillet.

Magister. Puer.

P. Quid hi duo pueri dextris tenent? M. Globos. P. Quid iis facient? M. Immittent eos in conos, quos illic erectos vides. P. Cur autem globis conos petunt? M. Ut aliquos aut omnes dejiciant. P. Uter igitur plurimos conos dejecerit, vietus erit? M. Minime; hic potius vincet. P. Quot conos puer dejicere, quæso, potest? M. Quot possit? quæris? Potest qui-

dem

dem fieri, ut omnes novem dejiciat. Vides enim seriem conorum triplicem, in quarum unaquaque tres coni sunt. Tria autem ter sumta, novem efficiunt. Sed ecce, tres tantum dejecit, nec multum absuit, quin ²⁾ globus dextrorum aberraret. P. Quid puer iste sibi vult, qui nudis pedibus adstat? M. Hoc ²⁾ ille pueris ludentibus præstat officii, ut conos dejecitos erigat, globos autem vel reportet vel remittat. Vestem ac pileum, ut agilior & aptior esset conis erigendis ³⁾, depositus ⁴⁾. P. Quid? si globus in ejus pedes irruat? M. Id ne fiat, providentia ei opus est, atque ante videndum, quo cursum dirigat globus.

1) III. 2) Hoc officii. donne Tieneste.
142. 3) 170. 4) depono.

VIII. Fortsættelse.

P. Cur autem hi pueri dextra tenent globum, non sinistra? M. Ideo, quod exercitator dextra est, ac proinde ad mittendum globum aptior. P. Quid? sinistra annon æque apta fieri potest? M. Potest sane, dum æque a puero exerceatur. Multi enim, qui sinistram excercent præ dextra, plus quoque in illa, quam in hac, consequuntur agilitatis. Qui tetrachordo utuntur, sinistram manus digitos in primis exercent. In cantu tibiæ & clavichordii utræque manus æque exercitatur. Ceterum conorum lusus

requirit aliquid dexteritatis, & movendo ¹⁾ corpore etiam valetudinem juvat. P. Ecce, quinque jam coni dejecti sunt. M. Quotnam igitur remanerunt ²⁾? P. Quatuor. M. Si tres coni post jactum remaneant, quotnam puero erigendi ³⁾ erunt? P. Sex; tres enim & sex pariter novem efficiunt.

1) 174. 3. 2) remaneo. 3) 167.

IX. Almissæ.

Pater. Filius.

F. Mendicus foris est, mi Pater. P. An nosti hominem? F. Senex ille Nicolaus est, nif fallor. Incurvus incedit, barba promissa & cana. P. Cape hos nummos, & da ipsi. Simul roga, quod annos natus sit? F. Centum & decem annos se natum esse dicit. P. Rarissima senectus! F. Mulier mendicans ante fores est. P. Da ipsi panis frustum & caseum. F. Plures video mendicos accedere. Adebat senex perticis ligneis incedens, itemque miles pede ligneo. Hic sine dubio in bello alterum pedem amisisit, ejusque loco ligneum sibi faciendum ¹⁾ curavit. P. Hi certe digni sunt, qui ²⁾ beneficio afficiantur, cum, tristissimo quodam fato, huc redacti sint, ut suo labore vietum amplius querere non possint. F. Adebat puer ex orphanotropho, py-

xidem

Almissæ.

xidem stipi colligendæ ferens. P. Da illi hos duo grossos; sed ipse eos pyxidi immitte.

1) 186. 2) 209.

X. Fortsættelse.

F. Iam venit puer parvus scissa veste, qui totus frigore concutitur. Subuculam meam detritam ipsi donabo, ac tibialia & ealeeos; si quidem tua pace fieri possit. P. Ego vero non intercedo. Places fane, qui ¹⁾ tam te misericordem præbeas pauperibus. Elargirillibenter ac liberaliter egenitibus Deus jussit. F. Placentæ frustum hodie reservavi. Id mulieri isti cæcæ dabo. P. Adde hos nummos. F. Vir foris est, stipem rogitans. Incendio sua sibi affirmat periisse. P. Urde sit? roga, & quod illi nomen ²⁾? F. Paulo illi nomen est. P. Novi hominem. Rusticus nimirum est is, qui ligna olim saepius nobis vendidit. F. Quid illi daturus es, mi pater? P. Sedecim grossos; cibum etiam potumque ei dabimus. F. Bini foris viri adfunt, stipem exigentes exstruendo templo. Librum isthunc mihi dederunt, cui ³⁾, quid datum fuerit, inscribatur. P. Porridge librum, ut inscribam.

1) da du. 212. 2) 151 Nota. 3) 211.

XI. En Reisende.

Ferdinandus. Eugenius.

F. Salve, mi Eugeni. E. Et tu salve, mi Ferdinand. F. Quomodo vales ex tam diuturno itinere ¹⁾? Nam audio, te rediisse nuper in patriam. E. Ita est. Non poteram a parentibus & amicis abesse diutius. F. Bene fecisti. Vehementer gaudeo, te rediisse incolumen. Ubintam fuisti tot annis? quas terras interim peragrasti? E. Angliam, Galliam & potissimum Italiam, F. Quas urbes in Italia vidisti? E. Prae ceteris commoratus sum Genuæ, Florentiæ, Venetiis. Neapoli, maxime Romæ, quæ olim caput orbis terrarum dicta est, Roma relicta ²⁾, transii Bononiæ, Patavium, Mediolanum, sed in singulis tantum aliquot menses versatus sum. F. Quid autem vidisti novi in tot celeberrimis oppidis? E. Fere omnia mihi nova videbantur. Sed in præsentia nimis longum foret, omnia tibi narrare. F. Dic saltem, quomodo hic offenderis omnia? E. Mutata omnia. Quam epente tempus res mutat humanas. Vix decennium absfueram, & non secus omnia admirabar, quam Epimenides, somniatorum princeps, exergefactus ³⁾.

1) iter. 2) 192. 3) 196.

XII. Fortsættelse.

F. Quænam ista est fabula? E. Fabulantur historici de Epimenide quodam Cretensi, qui deambulandi gratia solus urbe egressus ¹⁾, cum subita pluvia compellente in quandam speluncam ingressus obdormisset, quadraginta septem perpetuos annos somnum continuavit. F. Quid narras? Isthoc est mentiri. Sed perge, quæso. E. Epimenides igitur somno solutus ²⁾ e spelunca prodit ³⁾, circumspicit, mutata videt omnia, silvas, flumina, ripas, arbores, agros, breviter, nihil non novum. Accedit ad urbem, percontatur, manet illic aliquamdiu, neque novit quemquam, neque a quoipiam agnoscitur. Alius hominum cultus, mutatus sermo, diversi mores. Nec miror, hoc Epimenidi post tantum anorum spatium evenisse, cum mihi idem propemodum evenerit, qui ⁴⁾ pauculos annos absfuisse. F. Iam nolo te detinere diutus. Alio tempore multa mihi narrabis. Vale igitur, Eugeni carissime. E. Et tu vale quam optime.

1) 184. 2) solvo. 3) prodeo. 4) 212.

XIII. Syvsoveren.

Maximilianus. Ulricus.

M. Hodie te conventum volebam, Ulrice, sed negabaris ¹⁾, esse domi. U. Non omnino men-

mentiti sunt. Tibi quidem non eram, sed mihi
tum eram maxime. M. Quid isthoc ænigmatis
est? U. Dormiebam. M. Quid ais? Atque
jam præterierat octava, cum sol hoc mense sur-
gat ante quartam. U. Per me quidem foli libe-
rum est, vel media nocte surgere, modo mihi li-
ceat, ad satietatem usque dormire. Nullum e-
nim somnis suavior est, quam post exortum ²⁾
solem. M. Qua tandem hora soles lectum re-
linquere? U. Inter quartam & nonam. M.
Satis amplum spatium. Vix unquam vidi homi-
nem, te magis prodigum. U. At mihi parsimonia
videtur magis, quam profusio. Interim nec
candelas absumo, nec vestes detero. M. Præpo-
stera sane parsimonia. Aliter sapuit ille philo-
phus, qui rogatus, quid esset pretiosissimum? re-
spondit, tempus.

1) man sagde du var ikke. 2) 188.

XIV. Fortsættelse.

U. Sed dulce est dormire. M. Quid esse
potest dulce nihil sentienti ¹⁾? Verum suppūta,
quæso, quantum eruditioñis tibi parare possis
quatuor illis horis, quas somno intempestivo perdi-
dis. U. Profecto multum. M. Expertus sum,
in studiis plus effici una hora matutina, quam
tribus pomeridianis, idque nullo corporis detri-
mento. U. Sæpe id audivi. M. Deinde illud

re

repūta, si singulorum dierum jaeturam in sum-
mam conferas, quantus sit futurus cūmulus. U.
Ingens profecto. M. Qui gemmas & aurum te-
mère profundit, prodigus habetur, & tutorem
accipit: hæc bona tanto pretiosiora qui perdit,
nonne multo turpius prodigus est? U. Sic ap-
paret, si rem recte perpendamus. M. Noctem
natura somno tribuit: sol exoriens cum omni a-
nimantium genus, tum præcipue hominē ad
vitæ munia revocat. Quoties aureus ille splen-
dor illustrat cubiculum tuum, nonne videtur ex-
probrare dormienti; Stulte, quid optimam vitæ
tuæ partem gaudes perdere!

1) 181.

XV. Fortsættelse.

M. Nemo lucernam accendit, ut dormiat,
sed ut aliquid operis agat: & tu ad hanc coeli
lucem pulcherrimam nihil aliud, quam stertis?
U. Belle declamas. Non belle, sed vere. An
est ulla possessio, quæ cum vita hominis sit com-
paranda? U. Ne omnes quidem utriusque In-
diæ opes. M. Annon vehementer odisses ho-
minem, qui tibi vitam posset ac vellet malis ar-
tibus ad annos aliquot diminuere? U. Illi mallem
ipse vitam eripere. M. Verum pejores ac
nocentiores arbitror, qui sibi volentes ²⁾ red-
dunt vitam breviorem. U. Fateor, si qui tales
reperiantur. M. Reperiantur? Imo id faciunt
om-

omnes tui similes. U. Qui sic? M. Non vides, quantam vitæ portionem sibi refècent, qui singulis diebus tres aut quatuor horas somno perdunt? Quos enim somnus occūpat, ii potius inter mortuos, quam inter vivos numerantur. U. Ita videtur omnino. M. Annon igitur ingens lucrum sibi adjunxit, qui magnam vitæ partem, eamque optimam, perdere desit¹⁾? U. Quam dicas optimam? M. Quam matutinis horis vivimus. A prandio corpus cibis onussum aggrāvat mentem. At matutinis horis homo totus est homo, dum habile est ad omne ministerium corpus, dum alacer viget animus, dum omnia mentis organa tranquilla sunt ac serena.

1) 187. 2) definc.

XVI. Ende.

M. Nostri proverbium: Aurora musis amica. Nunquam enim alacrior est animus hominis, quam matutino tempore, nec unquam feliciores in studiis progressus facere possumus. Quid suipiras, Ulrice? U. Vera profecto prædicas, & vix lacrymas teneo, cum cogito, quantam vitæ jacturam fecerim. M. Huic igitur incumbe, ut futuro tempori parcas¹⁾, nec somno amplius indulgeas. Septem enim horas dormisse, adulto homini, bene valenti²⁾, sufficit. U. Vereor, ut³⁾ possim. Nam consuetudo est altera natu-

ra,

tura, ac difficillimum est, ea relinquere, quibus ram diu assueverimus⁴⁾. M. Initio quidem, sed eam molestiam certe vinces, si modo adfis promitus animus. Si septuagenarius essem, non retrahērem te a solitis; nunc vix decimum septimum, opinor, annum egressus es. Quid autem est, quod ista ætas non possit vincere? U. Profecto omnem adhibeo operam, ut vincam segnitiem illam, quæ me in lecto detinere solet. M. Id si diligenter feceris, mi Ulrice, post paucos dies tibi ipse serio gratulaberis, & mihi gratias ages, qui⁵⁾ monuerim.

1) 152. 2) 177. 3) 113 Ann. 2. 4) affe-
sco s. adfesso. 5) fōrdi ieg 212.

Tredje Bog.

Fortællinger.

Første Capitel.

I. Ulydighed. Erfaring.

Duo pueri in horto ambulabant. Cavete, hortulanus monebat, ne apes turbetis; aculeum cægerunt. Me quidem nulla unquam apis læsit¹⁾, puerorum alter respondebat, magna audacia adorians²⁾ apiarium. Verum repente aculeos, maximosque exinde dolores sentiebat. Hunc sua, alterum aliena pericula cautum reddebant. Uter eorum³⁾ fuit prudentior?

1) lædo. 2) i det han 179. eller, og gik
bærpa a 186 paa 184. 3) hvem af dem
138.

II. Stilteende Begiering.

Puer quidam, cui interdictum erat, ne quid¹⁾ cibi²⁾ inter coenandum peteret, cum se prætermissum³⁾ videret, non nihil salis posuit⁴⁾ in orbe. Interrogatus⁵⁾, quare id faceres? hoc, inquit, sale adspergam carnem, quam accepturus⁶⁾ sum.

1) for, aliquid 223. 2) 142. 3) prætermi-
to. 4) pono. 5) 178. 6) accipio.

III. Bagtalerens Fortieneste.

Philippus, rex Macedoniæ, cum comperisset, se ab oratoribus Atheniensium proscindi conviciis in concione: Magnam, inquit, ejusmodi hominibus gratiam habeo. Dabo enim operam & verbis & factis, ut illos mendacii arguam.

IV. Maadelighed.

Quum Ada, Cariæ regina, delicatissimos cibos atque bellaria cum ipsis coquis & cupediariis Alexandro dono misisset¹⁾; hic respondit: se ipsum²⁾ meliores habere coquos; ad prandium quidem iter antelucanum, ad coenam frugale prandium.

1) mitto. 2) Acc. c. Inf. 124 han havde
selv.

V. Hvad er sikkert for Rovere?

Demetrius Poliorcetes, rex Macedonie,
cum urbem Megaram vastasset, & omnes hujus
urbis cives sua perdidissent, ex Stilpone philo-
sopho quæsivit ¹⁾, quam jaeturam fecisset ²⁾?
Nullam inquit philosophus; virtuti enim
nihil ad imere potest bellum; neque
quemquam ex militibus tuis vidi, qui
virtutem ac sapientiam raparet.

1) qvaro. 2) facio.

VI. Den flogeste giver ester.

Vir quidam spectabilis in littore maris de-
ambulabat. Occurrit homo importunus, ejus-
que latus percudit, dicens: Non ego soleo
cuilibet fatuo decedere; at ego so-
leo, inquit alter, & decepit.

VII. Utaknemmeligheds Strafverdighed.

Apud Persas judicium instituebatur de eo
crimine, unde gravissimum odium inter homi-
nes solet existere, quum nemo eo nomine injus-
vocari soleat, nimirum de ingrato animo. Ita-
que

que si intellexerant ¹⁾, aliquem ²⁾ gratias non
retulisse ³⁾, quum posset, graviter eum punie-
bant. Existimabant enim, ingratos nulla deo-
rum reverentia, nulla patriæ & parentum cari-
tate, nulla amicorum cura moveri.

1) intelligo. 2) Acc. c. Inf. 123. 3) refero.

VIII. Ræsft Svar.

Unus optimatum Francie, illustri gente
natus, exprobrabat episcopo cuidam genus a pa-
tre subulco. Hic vero: Si tu, inquit, ute-
raris patre subulco, fues profecto
pasceres.

IX. Den samvittighedsfulde Advocat.

Imperator Bassianus Caracalla fratrem suum
Getam, quem populus admödum amabat, inter-
fici jussérat ¹⁾. Hanc ob cædem cum populi o-
dium sibi conciliasset, mandavit Papiniano, qui
ob summam juris prudentiam in maxima aucto-
ritate apud Romanos erat, ut hoc fratricidium
publice defendéret. Papinianus autem respon-
dit: Multo facilius est, tale facinus
perpetrare, quam defendere. Postea
Caracalla, ut leniret populi invidiam, Getam
inter Deos retulit ²⁾.

1) jubeo 126. 2) refero.

X. Alexander og hans Hest.

Alexander Ephesi ¹⁾ imaginem suam, quam Apelles, celeberrimus pictor, pinxerat ²⁾, contemplatus ³⁾, minus laudavit picturam, quam illa merebatur. Quum autem introductus equus adhinniret equo pieto ⁴⁾, quasi & hic verus esset equus; tum Apelles: o rex, inquit, equus hic artis pingendi ⁵⁾ peritior ⁶⁾; quam tu, esse videtur.

1) 122. 2) pingo. 3) 178. 4) 176. 5) 168. 6) 141.

XI. Latterlige Fortællinger.

Geminorum fratum alter mortuus erat. Quidam igitur, obvius ¹⁾ vivo: Tunc ²⁾ interrogabat, mortuus es, an frater tuus?

Servus quidam quum videret, herum suum ³⁾ litterarum fasciculum consindere, rogavit eum, tres aut quatuor ut sibi donaret. Quærenti ⁴⁾ autem hero, quid iis facere vellet? Quum, inquit, patriam relinquereim rogavit me mater, ut sibi litteras interdum mittem. Has igitur mittam, quibus ⁵⁾ te non amplius indigere ⁶⁾ video.

Cum contendere aliquis, esse nostrum ⁷⁾, etiam posteritatis causa multa facere; respondit alius: quid autem pro nobis fecit posteritas?

1) 116.

1) 116. 2) 119. 3) 123. 4) 178. 5) for.
quibus, ut video, non indiges, som De, som
ies se et o. s. v. 217. 6) 164. 7) 142. 2.

XII. Fortsættelse.

Quidam, in Græciam profectus ¹⁾, inde amico cuidam scriptis ²⁾, ut sibi aliquot libros mitteret. Hic vero rem neglexit ³⁾, neque libros misit. Cum postea ille revertisset, & huic forte occureret; hic eum statim allocutus ⁴⁾ est: Excusabis me, amice; epistolam illam, quam de libris scripsisti, non accepi.

Vir quidam verberibus castigabat servum, maxime ob pigritiam. Hic clamare coepit: Cur me percūtis? nihil enim feci. Atqui propter id ipsum, respondit herus, tē percutio, quod nihil fecisti.

Quidam natare quum vellet, non multum abērat ⁵⁾, quin ⁶⁾ undis suffocaretur. Iurabat igitur, se aquam non attacturum ⁷⁾ prius quam natare didicisset ⁸⁾.

1) proficitor 177. 2) seribo. 3) negligo. 4)
alloquor. 5) absum. 6) 111. 7) scil. esse.
8) disco.

XIII. Fortsættelse.

Rusticus quidam stolidus existimabat, senatorem quandam, qui doctrinæ fama in primis florebat, nec ¹⁾ eruditum, nec prudentem esse posse,

K

posse, quia ignorabat, quo via duceret, nec divinare poterat ²⁾, ubi mitra alterius esset abscondita.

Quidam, qui flumen traiicere volebat, equo insidens scapham majorem condescendit. Cum aliquis causam percontaretur: Festino, inquit.

Apud Amyclaeos subinde nuntiabatur hostium adventus, sed fallo, ita ut civitas frequenter inani terrore concutetur. Lata ³⁾ igitur legi cavebant, ne quis ⁴⁾ unquam nuntiaret, advenire hostes. Atqui post evenit, ut vere jam advenirent hostes. Cum hoc nemo nuntiaret propter legis interdictum, civitas de improviso capta est.

1) 108. 2) possum. 3) fero. 4) for, aliquis
223.

XIV. Trimodighed.

Cum Megabyzus, nobilis Persa, laudaret aliquando in officina Zeuxidis, pictoris celeberrimi, picturas imperite confectas ¹⁾, alias vero cum summa diligentia elaboratas reprehenderet, deridebatur a pueris, qui pigmenta terebant. Itaque Zeuxis dicebat: Cum taces, Megabyze, mirantur te isti pueri; spectant enim vestem & cultum tuum. Simul ac vero dicere vis, quæ ad artem pertinent, contémnunt te.

Idem aliquando evenit Alexandro, Macedonum regi. Cum hic in officina Apellis, qui etate optimus etat pictor imperite multa dis-

se-

seret de picturis: Apelles regi silentium comiter suadebat, ne a pueris, colores terentibus, rideretur. Tantum rex maximus præclaro pictori permisit.

1) conficio 177.

XV. Smigers Skadelighed.

Regis cuiusdam filius præceptores naestus erat leves & fallaces, ad voluntatem loquentes omnia, nihil ad veritatem. Itaque, quamquam diu didicerat ¹⁾ musicam, pessime tamen fidibus canebat. Sic in ceteris omnibus. Unam tamen equitandi artem bene callebat. Itaque callide aliquis interroganti ²⁾, cur princeps juventutis, qui in ceteris artibus nihil profecisset, optime tamen equitare didicerit, respondit: Nimimum quia soli equi nihil ei blanditi sunt.

1) disco. 2) en, som spurgde ham 176
Nota.

XVI. Den afholdne Romulus.

Cum quidam, Romulum videns abstinere a vino, dixisset: Vinum vile futurum, si omnes biberent, quemadmodum ille: imo, inquit Romulus, tum arbitror fore carissimum, si biberent omnes, ut ego. Bibo enim, quantum libet.

XVII. Amerikaneren med Brevet.

Hispanus quidam alteri Hispano fucus aliosque fructus gratos per Americanum cum epistola mittit. Americanus in itinere esuriens omnes fructus comedit, epistolæ autem parcit, quam nec edere, nec in ullum suum usum convertere poterat. Ignorabat enim rationem epistolæ, & putabat, neminem factum suum, quod nemo vidisset, scire posse. Litteras adserit. Hispanus legit, & querit fructus, de quibus scriptum sit. Americanus negat, se accepisse, seque consolatur, quod sibi comedenti³⁾ nemo adfuerit, & factum igitur recte negari possit. Attraen miratur quæstionem Hispani. Hic rescribit, se quidem litteras, sed nullas fucus, nec alias fructus accepisse ab Americano, qui se ignorarum simulaverit.

1) 178.

XVIII. Fortsættelse.

Ad dominum nuntius revertitur & renuntiat, se¹⁾ omnes, quas accepisset, res illi Hispano attulisse²⁾, eadem opinans, quæ antea. Dominus ex epistola omnia nuntii verba, quæ coram altero Hispano locutus³⁾ fuerat, legit, & facile coniicit, nuntium mentiri. Nuntius obstupecit, nescius⁴⁾, unde dominus hæc omnia scire possit, qui⁵⁾ sibi non adfuerit. Don-

minus

minus multis verbis declarat, hec omnia litteris indicari, & nuntium flagello castigat. Hic Americanus & ceteri Americani litteras postea ne tangere quidem voluerunt, quæ⁶⁾ hominum facta atque dicta & scirent & deferrent.

1) 124. 2) adsero. 3) loquor. 4) Adiectio
verne oploses paa samme Maade som Participier-
ne 182. 5) da han dog 212. 6) forde
de 212.

XIX. Hofnarren.

Olim mos fuit in multis principum aulis, scurras stipendio alendi. Hic mos quinquam erat ridiculus, hoc¹⁾ tamen boni habebat, quod assentationem aulicorum aut minucret, aut saltem adulacionis vim pestiferam reprimere. Scurræ enim per iocum multa dicebant, quæ nemo aliis principi dicere ausus²⁾ fuisset. Princeps quidam querebatur, sibi ex crapula hesterna caput dolere. Scurrus, cum hoc audisset, pollicitus est remedium. Iussus³⁾ expromere, suus⁴⁾ principi, ut iterum biberet, donec novam crapulam contraxisset⁵⁾. Quid? si cras iterum, inquit ille, caput doluerit? Scurrus respondit: Tunc denuo bibe usque ad ebrietatem. At si ita perrexero⁶⁾, inquit princeps, quid tandem de me fiet? Infatuaberis, inquit currus, ut ego.

1) hoc

1) hoc boni dette Gøde, eller, denne Før-deel 142. 2) audeo. Neutro-Passivum. 42. Anim. I. 3) 178, eller, 187. efter er holdt Befaling. 4) svadeo. 5) contraho. 6) pergo.

XX. Friderich den anden.

Cum medicus celeberrimus omnes artis suæ vias ad levandum ¹⁾ Friderici II, Borussiæ regis, morti jam vicini ²⁾, morbum, frustra tentasset, atque hic, vultu indignanti & impatiensi, ex ipso quæfisset ³⁾: num tu multis jam iter ad inferos maturasti? ille, qui, regem breviter & acute sibi responderi velle, probe intelligeret: Non tam multis, inquit, quam tu, rex, nec tanta cum gloria. Atque hoc ei responsum non displicuisse, vultu tum prodidisse dicitur.

Friderici II. die fatali, quum in omnibus regiæ viis inusitati multitudinis concursus fierent, miles aliquis gregarius ex commilitone, in quem forte inciderat, quid rei esset? quærebatur, an flamma alieūbi erupisset ⁴⁾? Cui ille: minime vero, inquit; imo ingens flamma extinēta ⁵⁾ est.

1) 172. 2) 116. qui vicinus erat. 3) for, quæfisset 59. 1. quæro. 4) erumpo. 5) extinguo.

Andet Capitel.

I. Vedre, at lide, end at giore uret.

Agis, Lacedæmoniorum rex ultimus, indicta causa ab ephoris capitis damnatus ¹⁾, quum ad laqueum abduceretur, conspiceretque quendam ex ministris flentem ²⁾: Desine, inquit, meam vicem flere. Namque tam inique & contra leges moriens ³⁾, superior sum ac felicior iis ⁴⁾, qui mihi vitam eripi jubent ⁵⁾. Hæc locutus ⁶⁾, ultro collum laqueo induit.

1) 147. 2) 190. 3) 179. 4) 129. 5) 126
6) loquor.

II. Socrates's Giester.

Cum Socrates viros aliquot honestos ad coenam vocasset, Xanthippen uxorem pudebat ¹⁾ modici apparatus. At Socrates: Bono esto animo ²⁾, inquit; nam si homines boni frugique sunt, æquo animo ferent: sin mali atque intemperantes, non sunt curandi.

1) 148. 2) 143. Nota.

III. Den sunde Lysander.

Lysandrum, regem Lacedæmoniorum, in Samothracæ oraculum consulentem, sacerdos jussit, quod in vita maxime sceleratum ¹⁾ commisisset ²⁾, dicere. Ille sacerdotem rogavit: Utrum hoc tuo, an Deorum iussu facere me oportet ³⁾? Cum sacerdos respondisset: Deorum iussu; Tu sicut hinc discede, inquit Lysander, ac diis dicam, si percontentur.

1) for, maxime sceleratum qvod commisisset. 2) committo. 3) 158. a.

IV. Agrigentinernes Ødselhed.

Plato, cum vid̄ret Agrigentinos magnis impensis ædificare, eodemque modo coenare: Agrigentini, inquit, ædificant, quasi semper vieturi ¹⁾, & coenant, quasi semper morituri.

1) vivo.

V. Den troe Slave.

Corfinium Cæsar obsidebat. Tenebatur inclusus Domitius. Hic imperavit medico, leidemque servo suo, ut sibi venenum daret. Cum tergiversantem videret: Quid cunctaris, inquit, tanquam tua in potestate istud sit? Mortem postulo armatus. Tum ille promisit, & medica-

men-

mentum innoxium bibendum illi dedit. Quo ³⁾ cum sopitus esset, accessit ²⁾ ad filium ejus. Iubem, inquit, adservari, donec ex eventu intelligis, an venenum patri tuo döderim ⁴⁾. Vixit ⁴⁾ Domitius, & servatus a Cæsare est. Prior tamen illum servus, servaverat.

1) for, eo igitur. da han nu derved 216.
2) accedo. 3) do. 4) vivo.

VI. Den frygtsomme Jæger.

Timidus quidam venator dixit lignatori, cupere se vestigium reperire leonis, petiitque, si quod ¹⁾ animadvertisset, sibi ut demonstraret. Huic lignator: Imo ipsum leonem tibi monstrabo: illic est, videsne? Venator leone viso ²⁾ tremere coepit; & ad lignatorem conversus: At ego non ipsum, inquit, leonem, sed vestigia tantum leonis quærebam.

1) for, aliquod. 2) da han saae 191, eller, ved Gyret af Læven 188.

VII. Unnyttige Konster.

Quæ ars nihil omnino boni efficit, nullus est pretii ¹⁾). Quidam grana ciceris, e certo spatio missa, singulis jaætibus per parvulum foramen trajiciebat, nec unquam aberrabat. Quem ²⁾ cum spectasset Alexander, donasse dicitur ³⁾ ejus-

ejusdem leguminis modio. Hoc sane præmium fuit illa arte dignissimum ⁴⁾.

- 1) 143. 2) for, illum. 213. 3) 136 Nota.
4) 161.

VIII. Latterlige Fortællinger.

Quidam, medico obvius, post murum se occultabat. Alio quodam causam percontante ¹⁾: Longum est tempus, ex quo non ægrotavi, & in medici conspectum venire erubesco.

Puer quidam, passeres in arbore conspicatus, clanculum subrepisit ²⁾, & linteo substrato ³⁾ arborem quassavit, passeres excepturus ⁴⁾.

Homo quidam stolidus audiverat, corvos vivere ultra ducentos annos. Hoc igitur an verum esset, exploraturus, pullum corvinum in cava inclusum ⁵⁾ aluit.

- 1) 101. 2) subrepo. 3) substerno. 192. 4) excipio 185. 5) 184.

IX. Fortættelse.

Rusticus quidam, in lecto cubans, filiam jubebat in hortum abire, atque in horologio solari spectare, quota esset hora. Illa, quæ ¹⁾ numeros ignoraret, avellebat horologium, idque patri porrigen ²⁾: En, inquit, ipse vise.

Adolescens quidam virgines aliquot in speculum astronomicam ducebat, ubi eclipsis solis, celeberrimo Euleri interpræte ³⁾, observabatur. Verum advenientibus iis ⁴⁾ eclipsis jam præterierat. Acclamant igitur, qui aderant: Sero ventis; exacta res est. Nihil refert, inquit adolescens; ascendite, quæso, dilectissimæ; novi humanitatem familiaris mei Euleri. Dabit mihi hoc, ut rem omnem ab initio répetat, atque eclipsin solis iterum nobis spectandam, ⁵⁾ exhibeat.

- 1) da eller fordi hun 232. 2) 179. 3) under Veiledning 199. 4) 191 efter, 197. 5) 186.

X. Den grusomt straffede Ubetænksomhed.

Seleucus, Syriæ rex, in pugna adversus Galatas omnibus copiis amissis, abjecto diademate ¹⁾ eques cum tribus vel quatuor comitibus profugit. Diu per devia vagatus ²⁾, tandem ad casam aliquam pervenit, atque ab hospite panem & aquam petiit. Ille non hæc modo, sed plura liberaliter comiterque præbuit; sed cum faciem regis agnovisset ³⁾, non continuit gaudium, nec dissimulationem regis, latere cupientis, adjūvit; quum enim ad viam usque deduxisset, & jam discederet: Vale, inquit, rex Seleuce. Tum rex uni comitum nutu præcepit, ut gladio cervicem homini præcidere. Hic si tacuisse, pau-

lo post a rege, rursus florente, longe aliud fortasse pro silentio, quam pro hospitalitate, præmium accepisset.

1) 196. 2) 179. 3) agnoscō.

XI. Latterlig Stolthed.

Vir quidam cum audisset, amicum suum amplissimam dignitatem esse adeptum ¹⁾ ad eum gratulandi causa accessit. Hic superbia inflatus, seque amici veteris ignarum simulans, quisnam esset? interrogat. Cui ille, ut erat ad jocos promptus: miséret ²⁾ me, inquit, tui omniumque, qui ad hujusmodi honores pervenient. Nam ut primum eos estis assecuti ³⁾, visum atque auditum ita amittitis, ut pristinos amicos non amplius cognoscatis.

1) adipiscor. 2) 148. 3) assequor.

XII. Den ydmyge Agathocles.

Longe alio animo fuit Agathocles, rex Siciliæ; qui ex humili generé, quippe patre figulo natus, ad regni majestatem pervenit. Postquam enim rerum potitus erat, solebat in mensa vasa siætilia inter aurea ponere, & palam fateri, se quondam ejusmodi vasorum fuisse opificem.

XIII.

XIII. Aben.

Simia quædam, cum tonsorem ¹⁾ vidisset domini, linteo præcincti, faciem sapone inungere, post cultro tonsorio barbam ei abradere, idem tentabat. Cum non haberet, quem tondere, comprehendit felem; eam ad reclinatorium sellæ firmiter alligat; post linteum quærens, nihil aliud inventit, quam laciniam fordidam, & immundam, qua coqua solebat fordes abstergere; hac igitur præcingit felem; pro sapone sumit atramentum sutorium, eo felis totum caput perungit probe; denique cultro non reperito ²⁾, capit forficem, atque ita misere felem tradit, pungit, fecat, donec homines ad ridiculum pariter ac miserabile spectaculum intenvenirent.

1) 123. 2) reperio. da, esset, fordi den, 194.

XIV. Den shu Elefant.

Dicitur ¹⁾ aliquando pictor aliquis certum quendam elephanti positum voluisse pingere. Subornatur igitur alias quidam, qui ei assidue aliquid in os jaculetur. Sed hic eum sèpius fallit, simulans, se aliquid in os conjecturum, cum nihil conjiceret. Elephantus ergo, tanquam ab alio eductus esset, pictorem in primis in causa esse, multa aqua proboscide hausta ²⁾ pictorem cum pictura totum conspergit. Atque hujus calli-

calliditatis plura subinde specimenia elephanti ediderunt.

1) 226. 2) 196.

XV. Ophavsmanden er ligesaa stem som Gierningsmanden.

Tubicen, qui cantu suo concitarat aciem, proelio commisso ¹⁾, captus ²⁾: nolite ³⁾ me, obsecro, inquit, interficere; nemo enim vestrum a me est occisus, quippe qui inermis nihil nisi tubam hanc, ut videtis, habeam. At hostes: ideo tu, inquiunt, morte dignus es, quod pugnandi imperitus alios ad pugnas & dimicationes incitare soleas.

1) 192. 2) 178. 3) 205.

XVI. Den pengegjerrige Pythius.

Pythius, natione Lydus, in urbe Phrygiæ Celænis (nam ibi regnabat) homo prædives, sed auri studio præter modum deditus, totam fere civitatem in fodiendis ⁴⁾ metallis occupatam tenebat, ut vix quidquam aliud agi vacaret. Hujus morbo uxor solerti remedio medicata est. Absente marito & mensam, & omnem mensæ supellestilem ⁵⁾ affabre ex auro conficiendam ⁶⁾ curat, denique & cibariorum effigies, quibus ⁷⁾

no-

noverat ⁸⁾ maritum præcipue delectari. Reverso ⁹⁾, cum convivii tempus esset, apponitur mensa aurea cum reliquo vasorum apparatu. Atque hoc sane spæctaculo ille aliquamdiu pavit ¹⁰⁾ oculos. Tandem interpellante stomacho ¹¹⁾ jubet apponi cibos. Apponuntur illa aurea ciborum simulacra, spectanda ¹²⁾, non edenda. Hic cum incandesceret ira Pythius, flagitans ¹³⁾ apponi, quod edi posset, jatn dudum spæctaculorum esse satis; tum uxor: Annon sentis, inquit, Pythi, dum nihil aliud queris, quam aurum, agriculturam deséri, & cives tuos ad famem vocari, brevi perituros ¹⁴⁾, si, qua coepisti ¹⁵⁾, pergas? Hoc civili commento cordata mulier matutum ab immodico auri studio revocavit.

1) 174. 2) supelix. 3) 186. 4) 217. 5) nosco. 6) 178. 7) pafco. 8) 191. 9) 186
10) 184. 11) pereo. 12) verbum defectivum
74.

Tredie Capitel.

I. Den skjelske Logner.

Puer, cunctos ovium, crebro per petulantiam magnis clamoribus, quasi lupum advenientem vidisset, opeum rusticorum implorabat. Rustici accurunt, sed lupo nusquam apparente²⁾, ad opera sua redeunt. Cumque aliquoties per lumen idem secisset, mendacem eum esse deprehendunt. Tandem revera lupus irruit. Tum lacrimabundus & miserabili voce orare coepit, ut subveniretur³⁾ sibi & gregi. Qui audiebant, ludere illum, ut antea, arbitrati⁴⁾, preces ejus neglexerunt⁵⁾. Ita lupus libere in oves grassatus⁶⁾, multas facile perdidit.

1) 190. 2) 194. 3) 76. 4) 182. 5) negligo. 6) 184.

II. Den forsøkkede Secretær.

Imperator quidam Gallicus, ambulans in tentorio, dictabat epistolam. Scriba mensa assidens scribendo⁷⁾ intentus erat. Repente globus ferreus ex hostilibus tormentis magna vi per tentorium ferebatur. Paulum aberat, quin eo scri-

scriba vulneraretur. Exterritus²⁾ itaque in medium tentorium profiluit, ac trepidans imperatori, quid ei accidisset, quærenti respondit: Annon audivisti perstrepenem globum ferreum, modo qui tentorium perforavit? Imperator, quid tibi est, inquit, negotii cum globo? Age quod tuum³⁾ est, & scribere perge.

1) 170. 2) 176. 3) 144, 2.

III. Den ensoldige Dadler.

Sunt¹⁾, qui vel mundi opificem sapientissimum reprehendere audéant. Cum quidam eucurbritam grandiorē tenui in caule humi jacentem videret: Hem inquit, non in caule tenui, sed in alta queru ego suspendisse. Abire²⁾ deinde, & sub queru aliqua obdormiscere. Qui³⁾ cum dormiret, ventus glandes innumerā a queru decutere⁴⁾, quarum aliqua nasum hominis vehementius⁵⁾ tegit⁶⁾. Expergefactus ille, cum sanguinem e naso profluentem cerneret: Quid? inquit, si hæc⁷⁾ eucurbita fuisset? vix equidem viverem amplius. Deum sentio sapientissime atque optimè mundum suum dispuisse⁸⁾.

1) 207. 2) for, abibat, 229 Nota. 3) men
da han 214. 4) 229 Nota. 5) 133, 2. 6)
tango. 7) det 220. 8) dispono.

IV. Hugo Grotius.

Hugo Grotius cum esset inimicorum machinis in custodiam conjectus ¹⁾, identidem arcam librorum sibi ab uxore missam in carcere receperit. Hos libros cum perlegisset, in eadem arca repositos ²⁾ ad uxorem referri jussit, quæ eam novis libris onustam ad Grotium remittere solebat. Tandem uxor consilium cepit, hac ratione mariti ex custodia liberandi ³⁾. Suasit ⁴⁾ ei, ut se ipsum in hac arca componi pateretur. Obsecutus ⁵⁾ est Grotius, atque ita custodum diligentiam, quippe qui libros more consueto e carcere effterri putarent, fecellit ⁶⁾.

1) conjicio. 2) repono 184. 3) 169. 4) svadeo. 5) obseqvor. 6) fallo.

V. Latterlige Fortællinger.

Interrogatus quidam, qui fieret, ut sol, qui occidentem versus occidisset, tamen ab oriente resurgere? respondit: Solem semper eadem via recurrere post occasum, sed cerni non posse redeuntem ¹⁾, obstante ²⁾ noctis caligine.

Quidam interrogavit rusticum, num aqua putei, quem in prædio habebat, bona esset ad bibendum? Quo ³⁾ dicente, bonam esse, suosque parentes & majores ex eo bibisse: Perlonga igitur, inquit, eorum colla fuisse oportet ⁴⁾, qui ⁵⁾ ex tam profundo puteo bibere potuerint.

Aga-

Agaso quidam cum suis afinis numeratis, sensisset ⁶⁾, unum numero abesse, iratus accusare vicinos furti coepit, oblitus ⁷⁾, se illo afino insidere, quem atmissum esse arbitrabatur.

1) 180. 2) 194. 3) da nu denne 216.
4) 158. a. 5) da de 212. 6) fentio. 7) obliviscor 184.

VI. Demosthenes's List.

Ancilla quadam depositi nomine pecuniam acceperat a duobus hospitibus, hac conditione, ut eam utrisque simul redderet. Horum alter post tempus aliquod lugabri veste indurus & squallidus, tanquam mortuo socio, deceptæ ¹⁾ mulieris omnes nummos abstulit ²⁾. Supervenit deinde alter, & depositum repetere coepit. Hæreditat misera in maxima & pecuniæ & defensionis penuria, jamque de laqueo & suspendio cogitabat. Sed opportune ei Demosthenes patronus adfuit. Qui ut in advocationem venit: Mulier, inquit, parata est, depositi se fide solvere; sed nisi socium adduxeris, id facere non potest; quoniam, ut ipse vociferaris, hæc dicta lex est, ne pecunia alteri sine altero numeretur.

1) decipio. 2) aufero.

VII. Den afsløste Ignorant.

Juvenis quidam, omnium rerum ita rudit,
ut litteras vix posset pingere, ab Josepho II. imperatore, solius parentis meritis confisus¹⁾, pe-
tit, ut locum his dignum sibi assignaret. (Quem
²⁾ ille non solum promisit, sed litteras quoque
obsignatas ei dedit, magistro Scholæ inferioris
perferendas³⁾, quibus resignatis⁴⁾ hæc scripta
reperiebantur: Qui has tibi litteras attulit⁵⁾,
ea docet, quæ in Icholis minoribus tirones do-
ceri soleantur; ut similes ejus homines, ante quam
litteras recte possint & legere & scribere, a mu-
neribus petendis⁶⁾ deterreantur.

1) confido 182. 2) 213. 3) 177. 4) 197.
5) adfero. Overbringeren af dette. 6)
174. 2.

VIII. Den afflagne Begiering.

Archelaus, rex Macedonum, cum inter coe-
nam aureum poculum posceret quidam, cui nihil
pulchrum videbatur, nisi dona accipere, hoc
poculo Euripidem donavit, illum alterum ita al-
loquens: Tu quidem dignus eras, qui⁷⁾ pete-
res; hic autem dignus est, qui accipiat, vel non
petens⁸⁾.

1) 209. 2) 189.

IX. Tyven og hans Moder.

Cum fur quidam in eo esset, ut laqueo sus-
penderetur, matrem vidit lamentantem ejulan-
temque. Carnificem rogat pauca cum ea collo-
quendi veniam. Qua impetrata⁹⁾ ad matrem
accedere¹⁰⁾, ut qui vellet ei in aurem aliquid di-
cere, ipsamque aurem ejus adeo mordere, ut
præ dolore in clamores anus erumperebat. Tum
quisque improbissimum eum¹¹⁾ vociferari, ut
qui in ipso mortis articulo scelera committere
non desineret. Ille vero: Ne miremini, inquit,
mater hæcce mea infamia mortisque meæ sola in
causa est. Puerulum¹²⁾ me cupedia clanculum
subduecentem mater non castigavit. Post cum
ludum litterariorum itarem, atque commilitonibus
libros elementarios surriperem, ipsa gavisa¹³⁾
est hac re, librosque surreptos vendidit. Ita
vero furandi libido sensim excrevit¹⁴⁾, usque
dum fur evaderem. Quo quidem nunquam de-
venissem, si mater a principio statim me casti-
gasset. Inde est, quod aurem ejus momordi¹⁵⁾,
nempe ut sentiret ea, esse se causam mortis hu-
jus ignominiosæ.

1) 191. 2) 229. Nota. 3) scil. esse. 4) fer,
cui puerulus esset. 5) gaudeo. 6) exresco.
7) mordeo.

X. Den belønnede Ærlighed.

Scrinario cuidam vir nobilis scrinium derat reficiendum ¹⁾, in quo, inscio domino ²⁾, capsula versatilis latebat. Hanc scrinarius una cum theca, gemmis pretiosis repleta invenit. Addebat ³⁾ quidam propinquus gemmarum callidus æstimator. Hic jussit uxorem scrinarii ac filias tacere. Accuratus inspesto ⁴⁾ thesauro, tacete omnes, iterum dixit; nam pro his gemmis plus, quam decem imperialium millia vobis procura-bo. Centum thaleros mihi concedite, reliqua pecunia vestra sit. Tum scrinarius: Quo autem jure gemmas istas nobis vindicabimus? Si-ne dubio pater fautoris mei, nuper defunctus ⁵⁾ eas, inscia familia, hic abscondidit. At nefas est, quæ inveneris ⁶⁾, reticere; fas igitur, familie reddere.

1) 186. 2) 200. 198. 3) adsum. 4) inspicio. 192. 3. 5) defungor. 6) 206.

XI. Fortsættelse.

Hæc cum dixisset, ad scrinii possessorem gemmas omnes statim detulit ¹⁾. Hic vero, summa lætitia affectus, gemmas repertas vel triginta imperialium millia pretio excedere, profitebatur. Patrem suum, dicebat, juvene aliquo præsente subito exspiravisse: & in commentariis notatum esse, illum pridie hasce gemmas emisse

&

& reposuisse. Iuvenem illum furti accusatum, a magistratu in custodiam abductum, inde aufugisse, & nunc in terra longinqua degere. Magis se, restituta huic homini misero bona fama, lætari, quam reperto thesauro. Tibi, bøne vir, addebat, tantum dono pecuniæ, quantum thesauri esse pretium, propinquus tuus (nam id scrinarius narraverat) puravit. Stetit ²⁾ promissis, & dictam pecuniæ summam scrinario dedit.

1) deferō. 2) stō.

XII. Richard Vittington.

Londini e mercatoribus ditioribus aliquis puerum orbum & egēnum recipit in familiam. Qui ¹⁾ cum per ætatulam nemini posset operam aliquam commodare, negligunt eum, atque in ædibus finunt libere vagari. Is vero, cui Richardus Vittington nomen fuit, hoc ²⁾ sibi sponte sumvit ³⁾ negotii, ut acus abjectaque funicularum præsemina legeret curioseque custodiret. Quodsi acuum dyodecadem aut funicularum fasciculum collegisset, ad herum detulit. Herus vero hac re delestat ⁴⁾, quippe qui puérum olim parcum futurum & fidelem, inde intelligeret. Atque ab eo inde tempore magis eum curare, imo diligere.

1) 214. 2) 142. 3) sumo. 4) 229 Nota,

XIII. Fortsættelse.

Interea vero accidit, ut ostiarius vellet pullos felinos in aquas projicere. Adit¹⁾ herum puer, rogatque, ut permittat sibi, felem parvulam educare, quam adultam vendat. Quo²⁾ annuente alit puer & edūcit feliculam. Aliquo tempore post navim parat herus, qua³⁾ peregrinas in terras mērces venum mitteret. Qui⁴⁾ cum in eo esset, ut navim, rectene ea instructa sit, nec ne, iustraret, obviam ei fit puer felem in sinu gerens. Quid? acclamare herus, annon & tu habes, Richarde, quod venum mittas? Ah! bene quidem tute scis, respondere puer, egenum me esse, neque habere quidquam, præterquam hanc felem. Quidni hanc tuam felem miseris? Quo auditio puer accelerare ad navim, felemque imponere.

1) adeo. 2) 216. 3) 211. 4) 216.

XIV. Fortsættelse.

Solvit navis, atque post menses aliquot ad terram haec tenus incognitam apellit. Escendunt, regemque hic regnare conperiant. Qui cum audisset, peregrinos appulisse¹⁾, arcessit eorum aliquos, mensaque adhibet. At vero in maxima cibariorum copia vix gustandi ea fuit potestas. Namque omne cubiculum obsideri muri bus, iique proterve gregatimque discurrere in

men-

mensa, cibum invadere, quin bolum convivis e manu præripere. Neque rationem quisquam invenire potuit, opprimendi hæc animalia, quamvis ingentem pecunia vim præmio rex proposuisset. Id ubi hospites animadverterent, regi dicere, attulisse²⁾ sese animal, quod mures hos ad unum omnes facile posset delere.

1) appello. 2) adfero.

XV. Fortsættelse.

Apportata dein felis hem! quam stragem dedit murium! post semihoram nullus erat in toto cubiculo, quem³⁾ Videres¹⁾ audiresve. Quare rex périnde, ac de regno aliquo donato, gaudere atque felem ducenties mille imperialibus emere, ut qui esset supra fidem opulentus. Quo factō domum nautæ properare. Quod si mercator ille Londinensis, navarchus, fraudulentus fuisset & fallax homo, rem omnem, ut gesta erat, Richardum celasset, aurumque ad suos usus convertisset. Sed probiore eo hominem vix invenisset. Nam simul atque audierat, quantum pecuniam nautæ e fele fecissent, puero arcessito²⁾ rem omnem apertis spondetque, sese aurum ipsi justo tempore redditurum.

1) 206. at see. 2) 184.

XVI. Fortsættelse.

Jubet eum doceri mercaturam, & cum pergeret puer in fide, assiduitate & parsimonia, dedit adulto ¹⁾ ei filiam, quam habebat, unam in matrimonium, eumque decedens heredem ex ase instituit. Atque ita Richardus Vittington facultates sibi comparavit quam amplissimas ea, quam a pueritia inde ad amaret, parsimonia. Fors quidem hac in re partem haud levissimam sibi depositit, neque tanien non parsimonia pueri fuit eorum, quæ evenerunt, causa prima. Namque nemo nisi parcus fesem, quo ²⁾, posset olim vendere eam, aluisset ³⁾: neque impetrasset forte ab hero, nisi ante ejus favorem parsimonia sua sibi conciliasset, potestatem, feliculam hanc pro sua habendi. Atque adeo casus ille prosperimus non evenisset.

1) 178. 2) 109 B. 3) alo.

XVII. Forsynets syvste Veje.

Vir quidam probus, qui, cum adversis rebus maxime premeretur, dubitare coepérat, an Deus hominum curam ageret, narrat somnium, quo animus valde fuerit recreatus. In somnio, inquit, visus mihi sum, a via, qua ivissem ante, aberrasse. Quo me vertam nescius, virum aliquem, qui viam monstrare, imo comitari me pollicetur, obvium habeo. In domum aliquam il-

le

Je me deducit, cuius herus laute comiterque nos excipit. Abiens vero comitem vidi poculum argenteum de mensa clam auferre. Altero die ad sceleratum hominem devertimus, qui non nisi ægerrime teæto nos recipit, dirumque in modum execrationes jacit. Huic vero comes poculum argenteum relinquit. Die tertio virum bonum benignumque invisimus. Domum ejus comes meus incendit. Quod ad facinus toto animo exhorresco, neque tamen, quod viæ eram ignarus, ab eo discedere audeo. Tandem ad virum aliud eundemque maxime officiosum devenimus; qui filiolum unicum, viam monstratum ¹⁾, sequi nos jubet. Hunc comes e ponticulo in aquas, quibus ²⁾ intereat, deturbat.

1) 164. 2) 211.

XVIII. Ende.

Quo factò ego mei minime compos: in desertis, inquam, arenosis errare malo, quam tecum ambulare. Inter haec verba vero lumine circumfundor, coimesque meus forma angustiore indutus, cave, inquit, providentiam divinam ignarus ejus accuses! Poculum, quod abstuli ²⁾, veneno fuit illitum; quare viro bono eripui, maloque dedi utendum ²⁾. Beneficus ille, cuius domum incendi, thesaurum in cineribus inveniet, eoquæ invento beneficia plura aliis præstabit. Quem in fluvium deturbavi puerum, is pa-

patrem olim erat imperfecturus, matrique vitam sceleribus suis exacerbaturus. Deum igitur adora, neque providentiam ejus unquam accusa. Praeclarum sane somnium! Profecto qui res humanas attenderit, cum ex se, tum ex aliis dicet, quæ viderentur primo intuitu bona, in dampnum ea sæpe cessisse³⁾, miseriamque multam pro beneficio dei summo fuisse habendam.

1) aufero. 2) 186. 3) cedo.

Fierde Bog.

Fable r.

Første Capitel.

I. Bjukken og Ulven.

Supra tectum domus stans¹⁾ hoedus, lupum præterea untem²⁾ in clamahat & illi maledicebat³⁾. Cui⁴⁾ lupus: Non tu, inquit; sed tectum mihi maledicit.

Sæpe locus & tempus fortis facit homines timidos, ut insultare etiam validissimis non vereantur.

1) 177. sto. 2) 176. 3) 152. 4) for, si vero 214. Men Ulven sagde til den.

II. Lovens Eselet og Haren.

Cum quadrupedes bellum contra volucres suscepissent, & leo dux copias suas recenseret,

afinus

afinus & lepus præteribant. Ursus interroga-
bat, ad quasnam res his uti ¹⁾ posset? Leo re-
spondebat: Asino utar tubicne ²⁾, & lepore ta-
bellario.

Nemo est tam parvus & humilis, cujus ³⁾
opera non in aliqua re utilis esse possit.

1) 163. 2) at bruge som ellers til Trom-
peter. 3) for, ut ejus opera, at hans Eie-
nestre 210.

III. Paafuglen og Tranen.

Pavo, qui contra gruem constiterat ²⁾ &
caudam suam explicuerat: Quanta est, inquit,
formositas mea, & deformitas tua! At grus sub-
volans: quanta est, inquit, levitas mea, & tua
tarditas!

Nunquam ob bonum naturale superbire
nec contennere alterum decet, cui fortasse multo
majora dona collata sunt.

1 confisto.

IV. Skildpadden og Ornen.

Testudo aquilam magnopere orabat, ut vo-
lare sepe doceret. Rem petis, aquila inquit, na-
turæ tuæ contrariam ¹⁾. Qui poteris ²⁾ volare,
quum alas non habeas? Testudo autem nihil
minus obsecrare aquilam perrexit ³⁾, ut se volu-
crem

crem faceret. Ungulis igitur eam arripiuit aquila,
fustulit ⁴⁾ in sublime, ibique dimisit ⁵⁾, ut
per aërem ferretur. Sed quam in rupes deci-
sister, comminuta ⁶⁾ interiit.

Huic testudini multi homines sunt similes.
Cupiunt, quæ cupere non deberent, & respuunt
consilia prudentiorum. Sed sapissimæ stultitia
sua in perniciem ruunt.

1) 116. 2) possum. 3) pergo. 4) tollo.
5) dimito. 6) blev den knust og om-
kom. 184.

V. Høgen og Bonden.

Accipiter cum columbam præcipiti inseque-
retur volatu, villem quandam ingressus ¹⁾ a ru-
stico captus est, quem blande, ut se dimitteret,
obsecrabat; non enim te lesi dicens ²⁾. Cui ³⁾
rusticus: Nec hæc, respondit, te læserat.

Merito poena afficiuntur, qui innocentes
lædere conantur,

1) kom den ind i en Bondegaard og
blev fangen 184. 2) jeg har jo intet
onde gjordt dig. lædo. 3) 214.

VI. Giogen og Stæren.

Sturnum, qui ex urbe aufugerat, cuculus
interrogavit: quid dicunt homines de cantu no-
stro? quid de luscinia? Sturnus: Maximopere,

inquit, laudant omnes cantum ejus. Quid de alauda? Permulti, respondet sturnus, hujus etiam cantum laudant. Et quid de coturnice dicunt? Non desunt ¹⁾, qui voce ejus delectentur. Quid tandem ²⁾ rogat cuculus, de me iudicant? Hoc, inquit sturnus, dicere nequeo; nusquam enim tui sit mentio. Iratus igitur cuculus: Ne inultus, inquit, vivam, semper de me ipse loquar.

Hæc fabula eos spectat, qui semper de se suisque meritis loquuntur.

1) sc. homines. 2) Nu, hvorledes domme de da v. s. v.

VII. Mattergalen og Sisgenen.

Luscinia & acanthis ante fenestram in cævis inclusæ pendeant. Luscinia incipit canum suum jucundissimum. Pater rogat filiolum, utrā avium tam suaviter canat, & ostendit utramque. Filius statim respondet: Sane haec acanthis est, quæ sonos illos suayissimos edit; pennas enim habet pulcherrimas. Altera vero avis satis prodit pennis, se suaviter canere non posse.

Hæc fabula reprehendit illos, qui homines ex vestibus, forma & conditione tantum estimant.

VIII.

VIII. Musene.

Consilio habito ¹⁾ decreverunt ²⁾ mures, ut tintinnabulum feli adneteretur. Huius enim sonitu fore ³⁾, ut eam effugiant. Hoc quam vis magnopere placuisse omnibus, irritum tamen consilium fuit, cum, qui adneteret tintinnabulum, non reperiebatur.

Fabula docet, plerosque in consiliis audaces, in actionibus timidos esse.

1) 192. 2) decerno. 3) vilde de undgaae den 124. Nota.

IX. Fluen.

Quadrigæ aliquot in stadio currebant, quibus musca insidebat. Maximo autem pulvere ab equis & curribus excitato ¹⁾, musca dicebat: Quantam vim pulveris excitavi!

Hæc fabula ad eos spectat, qui, cum ignavi sint, alienam tamen gloriam sibi vindicare solent.

1) 191.

X. Kapunerne.

Vir quidam complures capones in eodem ornithone inclusos largo nutriterat cibo, quo pingues facti sunt omnes præter unum, quem ut

M.

ma-

²⁾ macilentum irridebant ceteri. Non multo post dominus, nobiles hospites lauto & sumtuoso excepturus ²⁾ convivio, imperat coquo, ut ex eponibus maestet atque assit, qui pinguiores ³⁾ es- sent. Hoc cum audissent corpulenti, vehemen- ter cohorescabant & dicebant: quanto præstis- set, nos macilentos esse.

Hæc fabula in pauperum solamen scripta est, quorum vita tutior est, quam dicitum.

¹⁾ som en mager, d. e. for den Mager- hed. ²⁾ 178. excipio. ³⁾ de fedeste; bog- stavelig, federe, end de andre.

XI. Hestene.

Equi complures ad Circenses ludos fuerant adducti, pulcherrimis phaleris ornati, præter unum, quem ceteri ut incultum & ad huiusmodi certamen ineptum irridebant, nec unquam vice- torem futurum opinabantur. Verum ubi cur- rendi tempus advenerit & dato ¹⁾ tuba signo cuncti e carceribus exsiliuere, tum hic equus irrisus ²⁾ ceteros omnes velocitate superavit, & palmam assecutus est ^{3).}

Fabula indicat, non ex habitu, sed ex vir- tute homines esse judicandos ^{4).}

¹⁾ do, efter et givet Signal 192. 3. ²⁾ irrideo. ³⁾ assequor. ⁴⁾ 167.

XII. Den unge og den gamle Hiort.

Hinnuleus aliquando sic allocutus ¹⁾ est cervum: Mi pater, cum ²⁾ multo sis major canibus, & præterea tam ardua habeas cornua, quibus fa- cile te defendere possis, qui fit, ut canes tanto- pere metuas? Tum cervus: Vera sunt, inquit, quæ memoras; tamen, nescio quo pacto, sem- per accidit ut, simul atque canum voces audie- rim, in fugam statim convertar.

Fabula docet, eos, qui natura formidolosi sint, nulla cohortatione confirmari.

¹⁾ alloquor. ²⁾ cum, da, tager Coniunctives til sig. 202.

XIII. Sivet og Egen.

Disceperabant de robore quercus & arundo. Quercus exprobrabat arundini mobilitatem, & quod ea ad quamvis exiguae auram tremeret. Arundo tacebat. Paulo post procella furit, et quercum, quæ ¹⁾ ei resisteret, radicibus evellit; arundo autem, quæ cederet vento, locum servat.

Fabula docet, prudentiores esse ²⁾, qui tempori serviant neque se opponant potentiori- bus.

¹⁾ fordi 212. ²⁾ scil, eos 114.

XIV. Aberne og to Reisende.

Mendax & verax simul iter facientes¹⁾ fore in simiorum terram venerant. Quum unus e turba, qui se regem simiorum fecerat²⁾, eos vidisset, tenere eos jussit³⁾, ut audiret, quid de se homines dicerent. Simul jubet omnes ad stare simios longo ordine dextra lævaque; sed si bi poni thronum, ut hominum reges facere vidérat quondam. Cum homines in medium adductos rogat: Qualisnam vobis esse videor, hostipes? Respondit mendax: rex vidéris maximus. Quid hi, quos mihi apparere vides? Hi comites tui sunt, hi legati & militum duces. Mendacio laudatus cum turba sua, impérat munus dari adulatori. Tum ad veracem simius: Et qualis tibi videor ego, & illi, quos stare ante me vides? Respondit ille: Verus tu es simius, & simii omnes illi, qui similes tui. Iratus rex imperat, illum dentibus & unguibus lacari, quod vera dixerat.

Veritas multis odiosa est.

1) 177. 2) 157. 2. 3) 126.

XV. Nøsen og Tulipanen,

In horto quodam juxta tulipam rosa etiam efflorescebat. Tulipa rosam præ se despiciebat, & se multo pulchriorem & speciosiorem jaestabat. Rosa contumeliam tacite perferebat. Non mul-

te

to post formosa puella venit in hortum. Ea tulipam, quamvis ea se superbius efferret, seque omnibus horti floribus prælatum¹⁾ iri putaret, plane neglexit²⁾; rosam autem vix conspectam³⁾ carpsit, naribus cum voluptate admovit, habuitque adeo in deliciis, ut eam non prius depeneret, quam omnino defloruisse⁴⁾.

Formæ venustas nisi cum virtute conjuncta sit, apud cordatos homines nihil valet.

1) præfero. 2) negligo. 3) conspicio. 4) defloresco.

Andet Capitel.

I. Ravnen og Ulvene.

Corvus, qui lupos comitatus erat, petebat ab iis, quos¹⁾ totum diem sestatu suisset, prædæ partem. At illi: Non tu nos quidem, inquiunt sed prædam sestatu es, eo quidem animo, ut ne nostris quidem corporibus parcere²⁾ velles, si examinarentur.

Fabula docet, in actionibus hominum non tantum, quid fiat, sed etiam, quo animo & consilio fiat, spectandum esse.

1) quia eos 212. 2) 152.

II. Æselet, Åben og Muldvarpen.

Querente asino, se cornibus carere ¹⁾; simia vero sibi caudam deesse; tacete, inquit talpa, qui ²⁾ me oculis captum esse videatis.

Hac fabula ad eos pertinet, qui sua sorte non sunt contenti, qui, si aliorum mala considerarent, æquiore animo tolerarent sua.

1) 162. 2) for, cum vos. 212.

III. Haren og Ræven.

Lepus sese dignum putabat, qui ¹⁾ vulpi præferretur quoniam longe illam pedum perniciitate superaret. Tum vulpes: At ego, inquit, ingenium sum fortissima præstantius, quo sepius, quam tu perniciitate tua, canes eludo.

Fabula indicat, corporis velocitatem & vires ab ingenio longe superari.

1) 209.

IV. Bøget og Teglstenene.

Cera videbat ¹⁾ lateribus duritiem, quam ²⁾ de igne consequi illos videbat. Abjecit igitur

tur & sese in flammam, futurum ³⁾ sperans ⁴⁾, ut & ipsa ⁵⁾ induresceret. Sed contra accidit celeriter ut diffueret, & liquefacta ⁶⁾ ab igne consumeretur.

Hac fabula docemur, non esse appetenda ⁷⁾ ea, quæ sint a natura nobis denegata.

1) 152. 2) 217. 3) futurum, ut esset fore, ut, 124. Notz. 4) i det Haab 187. 5) 222. 6) 124. 7) 167.

V. Et Egern og en Abe.

Sciurus mirifice extollebat simiae nucum dulcedine; quae ¹⁾ cum non ita multo post inventiret magnam vim juglandium, ex arbore pendentium: earum unam ²⁾ illico arripuit, in os injectit, & dentes avide impressit ³⁾. Austero autem cortice offensa, cum indignatione abjecit, seque a sciuro deceptam ⁴⁾ putavit, nec iterum periculum fecit.

Multi duro initio a litteris absterrentur ⁵⁾, quo minus ⁶⁾ ex iis letos aliquando fructus percipient, quum tamen principium quidem grave, medium autem leve, & finis jucundus sit,

1) for, quum igitur ea 216. 2) 192. 3. 3) in primo. 4) decipio. 5) 62 c. 6) 112.

VI. Soelsorten og Flaggermusen.

Suspensa ante fenestram in cavea merula noctu cantabat, ad quam advolans ¹⁾ vespertilio rogar, cur non die potius canat, & noctu acquiescat. Quia, inquit illa, interdiu cantans, prodita & capta fui; itaque nunc, malo edocta ²⁾, die taceo. Tum vespertilio: Sed tu, inquit, fero caves, quam ³⁾, prius quam deprehenderis, tacere opportuit ⁴⁾.

Fabula docet, fero sapere ⁵⁾, qui amissis ⁶⁾ demum rebus omnibus sapiant.

1) 184. 2) 182. 3) for, & te, 213. 4) for, opportuisset, du havde stillet. 5) scil. eos, 114. 6) 192. 3.

VII. Svalen og Faaret.

Hirundo cum nidulari vellet, nido iam parato, involavit in oveni, ex ejusque tergo lance quosdam floccos evulsit ¹⁾, quibus ²⁾ nidum internereret. Ovis dolorem ex vellicatione sentiens hue illuc profilire & vehementer se jactare coepit ³⁾. Quid? inquit hirundo, mihine tu tenuem floccum invides, cum patiaris hominem tibi omnem lanam derondere? Scilicet hoc interest, inquit ovis, quod homo, cum mihi lanam aufert, me mollius tractat.

Duo cum facient idem, non est idem. Ac saepe multum interest, quomodo aliquid facias.

1) evel.

1) evello. 2) 211. 3) coepit staer ofte overfødt. profilire coepit, er, aftsaa det samme som profiluit det sprang cf. 229.

VIII. Geden og Marsvinet.

Lucius, in amne quodam vivens, pulchritudine, magnitudine ac robore ceteros ejusdem fluminis pisces longe excedebat. Unde cuncti eum admirabantur, & tanquam regem principio prosequabantur honore. Quare in superbiam elatus, majorem principatum coepit appetere. Relicto ¹⁾ igitur amne, in quo multos annos regnaverat, ingressus est mare, ut & ipsius imperium sibi vindicaret. Sed offendens ²⁾ Delphini num miræ magnitudinis, qui in illo regnabat, ita perterrefactus est, ut, quam poterat, celerime in amnum suum refugeret, unde non amplius ausus est ³⁾ exire.

Hæc fabula nos admonet, ut rebus nostris contenti, ea ne appetamus, quæ nostris viribus longe sunt majora.

1) 196. 2) 178. 3) audeo.

IX. Den døende Ulv og Næven.

Lupus moribundus vitam ante actam ¹⁾ pendebat. Malus quidem fui, inquit, neque tamen pessimus. Multa male feci, fateor, sed multum etiam boni perpetravi. Agnus aliquan-

de

do balans, qui a grege aberraverat, tam prope ad me aecedebat, ut facile devorare possem, sed parcebam illi. Eodem tempore convicia ab ove quadam in me jaētata equeissimo ferebam animo, licet a canibus nihil mihi metuendum ²⁾ esset. Atque hæc omnia ego testari possum, inquit vulpes. Probe enim rem memini. Nimirum tum temporis accedit, cum os illud devoratum fauce hæreret, ad quod extrahendum ³⁾ gruis opem implorare cogebaris.

Mali, si quod facinus patrare non potuerunt, sibi placent, tanquam facere noluérint.

1) ago. 2) 166. 3) quapropter cogebaris ad illud extrahendum. 218. 172.

X. Skildpadden og Fræerne.

Testudo conspicata ranas, adeo leves agi-
lesque, ut facile quolibet profilirent & longissi-
me saltarent, naturam accusabat, quid se tardum
animal & maximo impedimentum onere procreasset,
ut neque facile moveri posset, & magna assidue
mole premeretur. Verum ubi vidit, ranas an-
guillarum escam fieri, & cujuscunque vel levissimo
ictui obnoxias, tum dicebat: Quanto melius
est, onus, quo ad omnes ictus munita sum, fer-
re, quam tot mortis subire discrimina.

Fabula monet, ne parvi ¹⁾ faciamus natu-
rae dona, quæ majori nobis commodo ²⁾ sepe
sunt, quam nos intelligimus.

1) 145. 2) 150. b.

XI. Ulven og Faarehyrderne.

Opiliones aliquot cæsa ¹⁾ arque assata ove convivium agebant. Quod cum lupus, qui prædandi causa forte caulas circumibat, videret, ad opiliones conversus: Quos clamores, inquit, & quantos tumultus contra me excitaretis, si ego facerem, quod vos facitis! Tum unus ex iis: Hoc interest, inquit; nos, quæ nostra sunt, comedimus; tu vero aliena furaris.

Fabula monet, ne putemus, nobis in aliena licere, quod dominis licet.

1) cædo.

XII. Myggene og Mennesket.

Culex pungebat genam hominis, & hic, eum interfectorus, gravem sibi alæpam dedit. Tum culex hominem irridens dicebat: Tu mor-
te uelisci voluisti punctum parvuli culicis; quid nunc tibi facies, qui ¹⁾ tibi ipsi tam gravem colaphum inflixeris ²⁾? Sed homo respondit: Fa-
cile mihi ignosco, quia mihi ipsi nocendi ani-
mus non erat; te autem volui interficere, etiam incommodo meo, ut qui sanguinem hominis per-
petuo fitias.

Fabula docet, iis tantum esse irascendum,
qui animum habeant nocendi,

1) 212. 2) inflige.

XIII. Ulven, Hunden og Haarehyrden.

Opilio quidam saeva lue totum suum gregem perdidera. Quid cum cognovisset¹⁾ lupon, ad opilionem accessit, dolorem socium ei significaturus²⁾. Ergone verum est, inquit, tantam fecisse jacturam, torumque ovium gregem perdidisse? Heu! quam tui me miserer! Quantus est dolor meus! Gratias ago, respondit opilio; video te calamitate mea vehementer commotum. Semper enim, addit canis, dolore afficitur lupus, ubi ex aliorum calamitate ipse jacturam facit.

Fabula ad eos spectat, qui non nisi suis ipsorum³⁾ rebus adversis dolent.

1) cognosco. 2) 185. 3) 224.

XIV. Den tørstige Due.

Columba sitiens cum videret in tabula pictam situlam, existimavit, aquam inesse. Itaque concitato imperu ad illam fertur, alamque ad asperes infestam¹⁾ frangit. Quo facto delapsa²⁾ in terram a pueris capta fuit.

Fabula docet, nos debere prudenter rebus uti, quibus frui cupiamus.

1) infligo. 2) den faldt og blev fangen.

XV. Nattergalen og Giegen.

Luscinia verno quodam die dulcissime canere coepit. Pueri aliquot haud procul aberant¹⁾ in valle lusitantes. Hi cum lusui essent intenti, Lusciniae cantu nihil movebantur. Non multo post cuculus coepit cuculare. Continuo pueri, lusu neglecto²⁾ ei acclamare³⁾, vocemque cuculi identidem imitari. Audisne luscinia, inquit cuculus, quanto me isti plausu excipiant, quantum opere cantu meo delectentur? Luscinia, quae nollet cum eo altercari, nihil impediiebat, quo minus ille suam vocem miraretur. Interea pastor fistula canens cum puella, quam amabat, lento gradu preteriit. Cuculus iterum vociferatur, novas laudes capans. At puella pastorem allocuta: Male sit, inquit, huic cuculo, qui cantum tuum odiofa voce interstrebit. Quo⁴⁾ auditio cum cuculus in pudorem conjectus conicuisse⁵⁾, luscinia tam suaviter canere coepit, ut se ipsam superare velle videretur. Pastor fistulam deponens: Consideramus hic, inquit, sub arbore, & lusciniam audiamus. Tum pastor & puella cantum lusciniae certatim laudare cooperunt, & diu taciti intentis auribus sedent. Ad postremum adeo capta est puella sonorum dulcedine, ut lacrymæ quoque erumpèrent. Tum luscinia ad cuculum conversa: Videsne, inquit, quantum ab imperitorum opinionibus prudentiorum judicia distent? Una sane ex ipsis lacrymis, quamvis muta, locupletior tamen est artis meae testis, quam in-

inconditus iste puerorum clamor, quem tanto-
pere jaetabas.

Monet fabula, magnorum artificum opera
non ex vulgi opinione, sed ex prudentum ex-
stimatione esse censenda.

1) absim. 2) negligo 196. 3) for, acclamabant.
De lode deres Leege fare og tilraabte
den deres Biewald 229. Nota. 4) for,
hoc auditio, da den hørte dette 213. 5)
conticescit.

Tredie Capitel.

I. Solen og Stiernerne.

De principatu contendebant fidera;
Sol oritur: omnis cessat hic contentio.
Procerum superbia deficit: cum rex adest,

II. Hunden og to Haver.

Unum infuscatus in campo leporem canis,
Videt alterum, & eum similiter studet insequi:

Dum

Dum vero utrumque capere vult, neutrum capit.
Sibi ipsa semper aviditas nimia officit.

III. Øglen og Skildpadden.

Tui me miseret, ajebat testudini
Lacerta, quæ 1), quo cunque libeat vadere,
Tuam ipsa tecum ferre cogaris domum.
Qvod utile, inquit illa, non grave est onus.

1) at du 212.

IV. Soen og Lovinden.

Fecunda sus leænæ vertebat probro,
Catulum quod unum quolibet partu ederet:
Unum, at leonem, retulit 2) indignans fera,
Res dignitate prævalent, non copia.

1) refero.

V. Myggen og Tyren.

In cornu tauri parvulus quondam culex
Consedit, seque, dixit, mole si sua
Eum gravaret, avolaturum illico.
At ille: nec te confidentem senseram 1).
Dictum sit illis, qui se, cum sint futilis,
Magni tamen esse ponderis viros putant.

1) sentio.

VI. Uglen og Hanen.

Adsueta tenebris, claram & illustrem magis¹⁾
Lunam esse sole, contendebat noctua;
At solis gallus adventantis nuntius,
Fuge, cæca, dixit; Luna paller, sol reddit.

Calumniam insons²⁾ non poteris felicius
Reprimere, quam si, qualis es, te ostenderis.

1) magis claram for clariorem. 2) der som
du sider uſyldig.

VII. Rornapene.

Cum falcem agricola jam pararet messibus,
Erectum ad auras spica tollebat caput:
Hinc gloriatur, ceterasque despicit.
Curvo forores capite spectantes humum.
Quarum una: Caput hoc si tibi, ut nobis, ait,
Effet refertum granis, non ita tolleres.

In capite vacuo laxe habitat superbia.

VIII. Fluerne.

Eftusa mellis copia est. Muscae advolant,
Pascuntur. At mox impeditis cruribus¹⁾,
Revolare nequeunt. Heu! miseram, inquiunt,
vicem:

Cibus iste blandus qui pellexit²⁾ suaviter,
Nunc fraudulentus quam crudeliter necat!

Perfida voluptas fabula hac depingitur.

1) forbi deres Been strax bleve flæ-
bende 194. 2) pellicio.

IX.

IX. Hanen og Thyrene.

Dum fures captum dedere pararent neci
Gallum; rogabat ille, se ut dimitterent,
Hominibus quippe qui didicerit utilem
Dare operam, & ipsos ante lucem fuscit
Opus ad diurnum. At illi: Tu tanto magis
Moriere; quod sic nos furari vix finis.
Bonis, simulque prodesse malis, vix licet.

X. Ulvens Lovte.

Fore¹⁾, ut jam nullis vesceretur carnibus,
Sed herbas, aut ad summum pisces manderet,
Laqueo prehensus, jurejurando lupus
Olim spopondit²⁾ & sic evasit necem.
Hinc se dum recipit in nemus, porcum videns³⁾
Paludis atro se volvantem vado:
Hic, inquit, certe pisces est: & eum vorat.
Male agere qui vult, nusquam non causam
invenit.

1) fore ut vesceretur af den ikke mere vis-
de øde 124. 2) spondeo. 3) for, & (dum)
videt 184.

XI. Eigentræet og Fuglene.

Generosa ficus umbris hospitalibus
Contra calorem solis innumeritas aves
Communiebat, fructibusque etiam suis
Alebat. Ipsam gravior ira fulminis

Feriit, adussit ²⁾ folia, fructus perdidit.
Procul, procul aves avolarunt illico,
Neque ulla ramos post revisit; aridos.

Fortuna quem deseruit, omnes deserunt,

¹⁾ aduro.

XII. Det grønne Esel.

Afellum quidam per vias urbis suum
Voluit colore viridi p̄stum incedere.
Ridicula primum visa res est omnibus,
Viridemque afellum feminæ, pueri, senes
Certatim lepidis concelebrarunt jocis.
At mox ubi illi denique riserunt fatis,
In afello viridi, præter afellum, nil vident.
Mirari quidquam non valent homines diu.

XIII. Åben og Næven.

Iactabat olim simius vulpeculae
Suam exprimendi animalium quorumlibet
Gestus & habitus, eximiām follertiā.
Vulpecula refert: Hoc tibi dabo lubens,
Nullum animal esse, quod imitari non queas
Ad speciem: at illud tu mihi vicissim dabis,
Nullum inveniri, quod imitari te velit.
Fabella carpit vīle mimorum genus.

XIV. De to Raalorme.

In caule eodem erucæ creverant ²⁾ duæ,
Et societatem iniverant ²⁾ fororiam.
At una, pennas cum repente cerneret
Sibi advenisse, papilionum se gregi
Statim immiscere cupiens, sursum enititur:
Fertur per auras, veterem amicam negligit,
Et hujus, erucarumque omnium iminemor,
De gente se ista unquam fuisse pernegat.

Homines repente emersos ³⁾ ex humili loco
Tolerare possim, ni suum spernant genus.

¹⁾ cresco. ²⁾ ineo. ³⁾ emergeo.

XV. Drengen og de to Biinfade.

Cum descendisset bibulus in cellam puer,
Pleniusque digito feriens averso cadum
Interrogasset; & cadus tenuem sonum
Pressumque reddidisset: Ibi nihil est, ait
Rerum imperitus, maxima nisi inanitas.
Ergo petiti alium, similiterque percutit:
Is vero magnos, utpote vacuissimus,
Clarosque sonitus reddit; & avidus simul
Puer foramen aperit, qua ²⁾ dulcis liquor
Effluat: attonitus autem effluere nil videt.

Diffide, si quos indicat verbosior ²⁾
Loquela; nam plerumque nil subest boni.

²⁾ fer ut ea sc. via effluat. ²⁾ 133. 3.

XVI. Skaden og Duen.

Pica & columba pavonem convenerant
Urbanitatis exhibendæ gratia.
Dum redeunt: Iste quam mihi pavo displicet!
Maledicta dixit pica: quam insuaves sonos
Emittit ore lucretivo! cur non filer?
Pariterque turpes cur non obtigit pedes?
At innocens columba contra sic refert:
Vitia hujus observare non licuit mihi;
Præstantis autem corporis speciem inclytam,
Cauda nitorem, & æmulum gemmis decus
Mirata sum, ut laudare non satis queam.
Mali requirunt, carpere quæ possint mala:
Laudare quæ possint bona, requirunt boni.

XVII. Tornbusken og Fadret.

Pluvia imminebat; sic horratus est ovem
Rubus: præcellam non vides? quid restitas?
Huc recipe te celeriter in meos sinus,
Tua ne tam nitida permadescant vellera.
Diffidere cuiquam hæc ea bidens paruit;
Utque rubi densis protegeretur frondibus,
Spinosæ fæ huius inter brachia condidit.
Pluviam quidem vitavit; at beneficium
Hospitis avari pretio magno constituit.
Abire nullo quippe jam potuit modo,
Quin lance id omne, quod fuisset ab improbis
Semel apprehensum brachiis, relinquoret.
Fabula rapaces ad patronos pertinet.

XVIII.

XVIII. Næven og Ulven.

Citatione ¹⁾ dum viam carpit gradu,
In foveam vulpes inopianter decidit.
Accedit hue forte lupus, & dum prospicit:
Age, inquit illa, amice, quod facile potes
Dare, perituræ ne mihi auxilium nega:
Aliquot recisos quæ ramos arborum,
Et injice, qui ²⁾ me ad resiliendum sublevent.
Mane, lupus ait, quod petis, faciam lubens:
Sed hic, amabo, num diu est, cum sic jaces?
Tuque adeo, quam prudentem & callidam ferunt ³⁾
In has incurrere insidias quoniam modo
Potueris, ego profecto scire pervelim.
Ohe! reclamat vulpes impatiens moræ,
Nunc ista desine, quæso! me primum adjuva,
Ex hoc periculo ut reducar ocyus;
Tibi nostra tum omnis historia narrabitur.
Periculosa ne beneficium mora
Corrumpe lentus; at juva cito, quem juvas.

1) alt for hastigt 133. 3. 2) at de 211.
3) quam ferunt sc. esse. du, som skal være.
225.

XIX. Alliken, Krægen og Ornen.

Fugiebat aquilam graculus furti reus;
Miserata cornix advolat, cavam æsculum,
In qua latere tuto possit, indicat.
Habeo, inquit ille, gratiam, verumtamen,
Non ista, opinor, æsculus est, at fraxinus.

Verumtamen, utrum fraxinus sit, an æsculus,
 Quid interest, modo tibi latebram præbeat.
 Fuge, stulte, fuge celeriter; & cave ne tuam
 Loquacitatem reprimat hostis ingruens.
 Abscedit: indicatam propior arborem
 Considerat, & hanc esse fraxinum videns,
 Stolidè triumphat, & immenior periculi,
 Non modo, patentem commode arborem haud
 subit,
 Sed ad cornicem se refert; &, o bona,
 Errabas, inquit: fraxinum dico tibi
 Hane tam vere esse, quam vere sum graculus.
 Erat additus alia multa, cum ruens
 Aquila imprudentem corripit, & eviscerat.
 Exitio multis vana garrulitas fuit.

XX. Haren og Skildpadden.

Tardis euntēm passibus testudinem
 Vedit, superboque lepus aggrediens joco:
 Tam propera, dixit, quo tuam portas domum?
 Quid? si, inquit illa, pedibus me dicam tibi
 Præstare? Totis hic enim vero artubus
 Lepus exsilire: &, hanc, ait, tuam mihi
 Exprome celeritatē: meque, si potes,
 Assequere. Id, inquit tardipes, ego ac lubens
 Experiar; at enim præsignemus terminos,
 Statuamusque simul, quo certemus pignore.
 Utrique¹⁾ postquam jurata est conventio:
 Age tu porro, avibus i bonis, inquit lepus,
 Ego dum quietus hic jaceo, & obdormio.

Te-

Testudo pergit interim, & ipsa diligens
 In tarditate, lento festinat gradu,
 Demumque victrix occupat metu viæ.
 Tunc lepus evigilat, & cursu rapido volans,
 Priorem hanc pervenisse nequiequam dolet.
 Dotibus eximiis, unde abest prudentia,
 Prævælet, ubi etiam solus est, prudens labor.

1) for, ab utroque 153.



LECTIONES LATINÆ

DELECTANDIS

EXCOLENDISQUE PUERORUM INGENIIS
ACCOMMODATÆ.

COLLEGIT

ADJECTISQUE NOTIS PHILOLOGICIS

EDIDIT

CHRISTIAN. GOTTLÖB BROEDERUS.

AN USUM SCHOLARVM

EXCUDI CURAVIT

GEORG SVÉDRUP

COLLEGA SCHOLÆ CHRISTIANIENSIS.

HAFNIÆ 1799.

SUXTIBUS SOLDINI BIBLIOPOLÆ,
TYPIS COHENI.

C A P U T I.

FABULÆ QUÆDAM AESOPEÆ.

CANCER.

I. **C**ancerum retrogrædum monet ¹⁾ mater, antorsum ut eat. Filius respondet: *faciam, si te idem facientem ²⁾ prius video ³⁾.*

1) Præsens for Imperf. 600. 2) Particip. for Infinit. 415.
3) Fut. exact. staaer for et andet Futuum. 612.

LEO ET CAPRA

II. Leo conspicatus ¹⁾ forte capram in edita rupe ambulantem ²⁾, monet, ut potius in viride pratum descendat. Cui ³⁾ respondit capra (senserat enim eum fraudalenter locutum) ⁴⁾: *Non ea sum, quæ ⁵⁾ dulcia præponam ⁶⁾ salutaribus.*

1) Particip. ved da. 392. 2) for quæ ambulabat. 387.
3) for ei, men hun gav ham til Giensvar 522.
4) scil. esse 196. fin. 5) jeg er ikke saa daarlig,
at jeg 504. 6) ikke præponerem. 620.

VULPES ET LUPUS.

3.

III. Vulpes irridebat lupum, in fossam luparium delapsum ¹⁾, & circum fossæ marginem lastabunda ²⁾ fultitabat, stolidum animal illum appellans ³⁾ qui ⁴⁾ hominum fraudes non animadvertisset. Cum sic ergo gestiret, in fossam ipsa delapsa est ⁵⁾.

1) for qui delapsus erat. 387. 2) 76 Ann. 2. 3) dum appellabat. 394. 4) da han 512. 5) Perfect. staer ved Hovedomstændigheden i Fortællingen.

TRES BOVES.

4.

IV. Paseebantur una tres boves robusti maxima concordia conjuncti. Itaque facile ab ¹⁾ omnibus incursione ferarum tuti erant, ac ne leones quidem ²⁾ aggredi illos audebant. Verum dissidio inter illos orto ³⁾ & soluta amicitia, singuli validioribus bestiis prædae ⁴⁾ fuerunt.

1) for 717. c. 2) ne quidem 632. 3) cum. s. postquam dissidium ortum erat 422. 404. 4) til Bytte 26c. 262.

MUS, RANA ET MILVUS.

5.

V. Mus gerebat bellum cum rana. Pugna erat vehemens & anceps. Milvus, hoc certamine procul viso ¹⁾, approperat, dumque neuter sibi cavet

cavet præ studio pugnandi ²⁾, utrumque rapit & laniat.

1) for cum vidisset 423. 2) 365.

VIATORES ET ASINUS.

6.

VI. Duo viatores, cum ¹⁾ in deserto loco aberrantem asinum forte conspexissent, contendere inter se coeperunt, uter ²⁾ eorum ³⁾ eum ut suum deduceret, quod uterque, se prius ⁴⁾ vidisse, affirmaret. Dum illi de ea re acriter rixantur, asinus aufugit, ac neuter eo potitus est ⁵⁾.

1) iffe, cum duo viatores som i Danmark. 639. 2) iffe, quis. 571. 3) 221. 4) iffe primum sørst 211. 5) portiri c. Abl. 342.

CORNIX SITIENS.

7.

VII. Cornix sitiens ¹⁾ repérit in urna aquæ ²⁾ non multum. Sed erat urna profundior ³⁾, quam ut aqua, a cornice posset contingi. Conatur effundere urnam, nec ⁴⁾ valet. Tum legit ex arena lapillos complures, quos in urnam deject. Hoc modo aqua levatur, & cornix bibit.

1) tørtig 385. 2) Genitiv. ved multum 232. 3) for dyb 209. 4) men iffe 787.

CAPRA ET HOEDUS.

8.

VIII. Capra exiens ¹⁾ in pascua monet hoedum, ne ²⁾ cui ³⁾ fores aperiat ⁴⁾, dum redeat ipsa,

ipsa. Lopus, qui id procul audierat, post matris discessum, pulsat fores, et aperiri⁵⁾ sibi⁶⁾ postulat. Cui hoedus: non aperiam, inquit, mater enim quemquam admitti⁷⁾ vetuit.

- 1) cum exit 392. 2) illa, ut non 139.
 3) for alicui 565. 4) iffe, aperiens. 620. 5) for, ut aperiatur. 191. 6) iffe, ei. 546. 7) for, ne quisquam admitteretur 191. Nota.

AUCEPS ET SERPENS.

9.

IX. Auceps ibat venatum¹⁾, & mox vidit in altissima arbore palumbum; approperat eum capturus²⁾, sed inter ambulandum³⁾ premit forte pede altero viperam in herba latentem, quæ illum mordet. Me miserum⁴⁾, inquit, dum alteri infidior, ipse dispero.

- 1) paa Jagt 350. Nota. 2) ut capiat 404. 3) 374.
 4) 328.

ASINUS ÆGROTANS.

10.

X. Asinus ægrotabat, famaque exierat, eum¹⁾ cito esse moriturum. Cum igitur lupi canesque venissent²⁾, ad eum visendum³⁾ quærerentque ex filio, quomodo pater ejus⁴⁾ se haberet; ille per ostii rimulam respondit: melius, quam velletis.

- 1) Acc. c. Inf. ester Verba declarandi 178. 2) iffe, vivent 607. 3) for at besøge det 370. 4) iffe, fuus. 553.

VUL-

VULPES ET LEO.

11.

XI. Vulpes, quæ nunquam leonem viderat, quum illi forte occurisset, ita exterrita est, ut pæne moreretur formidine. Eudem conspicata¹⁾ iterum, extimuit quidem, sed nequaquam ut antea. Tertio illi obviam facta, non modo non exterrita, sed proprius accedere, eumque alloqui ausa est.

- 1) da 392.

FORMICÆ ET CICADA.

12.

XII. Formicæ hieme siccabant fruges. Has¹⁾ adit cicada esuriens, & orat, ut²⁾ sibi paululum cibi³⁾ impertiant. Cui illæ: æstate, inquiunt⁴⁾, querere oportuit⁵⁾. Non vacabat, ait cicada. Quid igitur, inquiunt illæ, faciebas? Cantabam, respondit. Tum illæ: si æstate cantitare soles, cum laborandum tibi⁶⁾ esset, merito nunc esfiris.

- 1) Accus. formedelest Præpositionen, hvormed Verbum er sammensat 309. 2) iffe, quod 185. 3) Genit. ved paululum 232. 4) inquiunt bliver sat bag efter et andet Ord 643. 5) for, oportuisset. 603. 6) for, a te. 360.

ANUS ET ANCILLÆ.

13.

XIII. Anus quædam¹⁾ domi habebat ancillas complures, quas quotidie, antequam luceceret, excitabat ad²⁾ cantum galli, quem domi alebat.

alebat. Ancillæ diurno labore defatigatae, consulunt inter se, & gallum occidunt, sperantes³⁾, necato illo⁴⁾, se multo diutius dormituras⁵⁾, hæc⁶⁾ spes miseris fecellit⁷⁾. Hera enim, ignata⁸⁾ quæ hora sit, media saepè nocte famulas surgere jubet⁹⁾.

1) quædam udtrykker den ubestemte Artikel en 568.
2) efter 711. 3) i Haab om 409. 4) efter dens
Øsd 433. 5) scil. esse. 196. Nota. 6) men dette
522. 7) fallo. 8) fordi hun ikke vidste 418.
9) 191.

URSUS ET APES.

14.

XIV. Ursus ictus ab ape, tanta ira exarxit¹⁾, ut alvearia, in quibus apes mellificaverant, unguibus²⁾ discerpere. Tunc apes universæ, cum domos suas dirui³⁾, & filios necari viderent, ursum invaserunt aculeis, ac pæne necaverunt. Qui⁴⁾ vixe lapsus, secum dicebat: *quanto melius erat, unius apis aculeum tolerare, quam tot in me⁵⁾ hostes iracundia mea excitare..*

1) exardesto. 2) med 108. 3) Acc. c. Inf. esset Verba sentiendi 177. 4) da den nu 525. 5) in me, sat imellem Adject. og Substant. 641.

ASINUS CUM PELLE LEONINA.

15.

XV. Fugitivus asinus reperit forte in silva pellem leonis¹⁾, qua indutus²⁾ territare coepit

homi-

homines & bestias, tanquam leo esset. Venit³⁾, qui perdiderat, quærerit suum asinum. Asinus cum⁴⁾ herum vidisset, horrendum in modum rugire coepit, ut illum quoque falleret. At herus prehensis auriculis⁵⁾ quæ extabant: *aliros eti⁶⁾, ipquit, fallas, me non falles, nosco te, misine.* Ita probe verberatum⁷⁾ domum⁸⁾ pellit.

1) Lævehud 102. Ann. 2. 2) den træk han paa
og 204. 3) scil. is. 147. 4) iffe, cum Asinus 639.
5) greb og 429. 6) iffe, eti alios, fordi alios har
louen 640. 7) dermed præglede han det dygtig
igienem og 402. 8) 171. Nota 5.

MULIER ET GALLINA.

16.

XVI. Mulier quædam habebat gallinam, quotidie ovum parientem. Quum autem uno ovo non esset contenta, sed plura cuperet, gallinam diligentius curare & faginare coepit, sperans, fore ut¹⁾ bina aut terna²⁾ ova quotidie pareret³⁾. Verum spes eam fecellit. Nunc enim gallina præ pinguedine ne unum quidem ovum quovis die parere potuit.

1) fore ut. 180. 2) iffe, duo aut tria. 594. 3) iffe parat, fordi det følger paa Perf. coepit. 624. 629.

RANÆ.

17.

XVII. Duæ ranæ incolebant paludem. Qua¹⁾ solis calore; ut æstate²⁾ fieri solet exsic-

catu.

cata, relictis³⁾ sedibus illis petgebant quæsitum⁴⁾ alias. Cumque venissent ad profundum puteum⁵⁾ hic, inquit una, commode manebimus, neque facile alium locum meliorem invenire poterimus. Cui altera respondit: placere⁵⁾ &⁶⁾ sibi locum, sed arbitrari se, prius quam illo defilirent, considerandum, si quo⁷⁾ casu et illæ aquæ recessissent⁸⁾ qua ratione de puteo reddituræ essent.

1) men da dette 522. 2) Abl. naar der spørges naar? 3) relinquabant & 429. 4) 351. 5) det behagede. filius relativus 514. 6) ogsaa 756. 7) for aliquo 565. 8) Fut. exad. i Conjunct. 614.

FORMICA ET COLUMBA.

18.

XVIII. Formica sitiens descendit ad fontem, ut¹⁾ biberet; sed incidit forte in aquam. Columba quædam²⁾ in arbore sedens illi operfert, ramo ex abore dejecto³⁾. Formica ramum conscendit & servatur. Paulo post adfuit auceps, qui columbæ insidiari coepit. Cui metuens⁴⁾ formica, ad aucupem arrepsit, & ita vehementer eum momordit, ut arundines præ dolore abjiceret; atque harum strepitu territa⁵⁾ columba avolavit ac periculum vitavit.

1) for at driske 135. Nota. 2) udtrykker den ubestemte Artikel en 568. 3) da den fæstede 422. 4) metuere s. timere alicui 289. 5) den blev bange, fæst bort og 402.

MU-

MURES ET FELIS

19.

XIX. Multi Mures in cavo pariēte comorantes, contemplabantur diu selem, quæ capite demissæ & tristi vultu placide recumbebat. Tunc unus ex iis¹⁾: hoc animal admodum benignum & mite videtur²⁾. Quid si alloquérer & familiaritatem cum illo contraherem? Hæc³⁾ cum dixisset & propius accessisset, a fele captus & dilaceratus est. Tunc ceteri hoc yidentes secum dicebant: non est profecto vultui temere credendum⁴⁾.

1) fel. inquit 809. 2) fel. esse 217. 3) da den dette 657. 4) man maa ikke troe 364.

ASINUS SALE ONUSTUS.

20.

XX. Asinus sale onustus fluvium¹⁾ transiit, & titubans in aquam decidit. Quum surgeret²⁾, sensit, se magna oneris parte levatum, quod in aqua sal delicuerat³⁾. Ea re gavisus quium postea spangiis onustus ad fluvium accederet, speravit, si rursus collaboretur, nunc quoque fore, ut onus fieret levius. De industria igitur lapsus est. Spongiis autem madefactis⁴⁾, exsurgere nequivit, sed oneri succumbens, in aqua perit.

1) Accus. formedesst trans. 311. 2) Imperf. Conj. seb- vanligens ester cum 482. 3) deliquescere. 4) da, eller men fordi 427.

DUO

DUO AMICI.

21.

XXI. Duo amici faciunt iter. Occurrit in itinere ursus, quo conspecto¹⁾ unus illico arborem consernit & pericula evitare, alter vero cum meminisset, illam bestiam cadavera non attingere, in terram se prostravit²⁾, simulans, se mortuum esse: Accedit ursus, contrectat jacentem, & os suum ad illius os auresque admovet. Homine autem spiritum continente³⁾, ursus ratus⁴⁾ cadaver esse, discedit. Cum postea socius quereret, quidnam ei ursus dixisset in aurem, respondit: montuit, ne amicum esse mihi persuaderem, cujus fidem adverso tempore non fuerim expertus.

1) ved Synet af denne 433. 2) prosterno. 3) 427. men fordi 4) og Bisørnen troede 402.

AVIS ET PULLI.

22.

XXII. Avis positos in segete¹⁾ pullos monet, ut, dum ipsa abesset, diligenter attenderent, si fieret sermo de messe. Redeunti²⁾ matri pulli anxi³⁾ narrant, dominum⁴⁾ agri operam illam mandasse vicinis. Respondet: nihil esse periculi⁵⁾. Item altero die trepidi ajunt, rogatos ad metendum esse amicos. Iterum jubet illa, ut sint securi. Tertio tandem ut audivit, ipsum domi-

dominum cum filio⁶⁾ statuisse, postero mane cum falce messem intrare: jam, - inquit, tempus est, ut fugiamus. Vicinos & amicos non timui, quia non venturos scivi. At dominum timeo, illi enim res est cordi⁷⁾.

1) ponere in c. Abl. 117. Nota 3; 2) iffe) redeunte matre 442. Ann. 2. 3) for anxi 675. 4) iffe, quod dominus. Eielmanden havde 177. Nota. 5) fingen fare 219. fin. 6) suo udelades 574. 7) 262.

SENEX ET MORS.

23.

XXIII. Senex quidam ligna in silva ceciderat¹⁾, & fasce in humeros sublato²⁾ domum redire coepit. Cum autem defatigatus esset et onere & itinere, deposuit ligna, & secum considerans³⁾ milierias senectutis & inopiae, clara voce invocavit mortem, ut se ab omnibus malis liberaret. Mox adfuit mors, quid velit, interrogans⁴⁾. Tunc senex porterritus: ut hunc, ait, lignorum fascem⁵⁾ humeris meis imponeres⁶⁾.

1) cedo. 2) 424 eller 429. 3) 394. 4) og spurgte 402. 5) Knipper Brønde 104. 6) imponere cui quid. 274.

VIATOR ET SERPENS.

24.

XXIV. Serpens ingenti saxu oppressus rogavit virum illac¹⁾ iter facientem, ut a se onus amoliretur, pollicitus²⁾, se illi ingentem thesau-

rum daturum, si hoc faceret. Quod cum³⁾ vir iste mitis fecisset, non modo promissa non solvit, sed hominem occidere conatus est. Dum ita contendérent, accidit, ut vulpes illac transiret. Qui⁴⁾ arbiter⁵⁾ electus, non possum, inquit, tantas lites inter vos componere, nisi viderim prius, quo pæcto serpens faxo oppressus erat. Cum ergo vir serpenti faxum imposuisset, dixit vulpes: ingratum animal sub faxo relinquendum⁶⁾ censeo.

1) feil. via 802. 6. 2) og lo'vede 402. 3) for cum hoc 655. 4) da denne 655. 5) til Boldgivtsmand. 215. 6) fe. esse 362.

ASINUS ET LEO.

25.

XXV. Versabantur eodem loco asinus & gallus gallinaceus. Irruente autem leone¹⁾ gallus vocem emisit, qua audita²⁾ leo (dicitur³⁾ enim galli vocem non ferre) aufugit. Asinus se metui existimans, cursu fugientem leonem persequitur. Progressus autem longius⁴⁾, cum⁵⁾ jam non exaudiretur galli vox, leo sublilit⁶⁾, & asinum arreptum⁷⁾ devoravit. Qui⁸⁾ cum dilaniaretur: me infanum ac dementem⁹⁾, inquit, qui¹⁰⁾ nequaquam bellatore¹¹⁾ patre procreatus ad pugnam me incitaverim,

1) da 422. 2) og saa snart den herte denne 430. 3) den sel 218. 4) temmelig langt 208. c. 5) fordi

forbi progressus allerede et oplest ved da, saa oversat- ter man cum blot med øg 6) subfist. 7) greb og 402. 8) da det nu 525. 655. 9) for o me infanum 328. 10) at jeg 512. 11) frigerse 665.

VESPERTILIO ET FELIS.

26.

XXVI. Vespertilio delapfa in terram comprehensa fuit a fele. Quæ cum dilaniatura vide- retur, petiti illa suppliciter, vitam ut sibi concederet. At enim felis hoc se facere posse nega- bat¹⁾, quæ²⁾ esset capitalis hostis omnium avi- um. Tum vespertilio se non avem, sed murem esse dixit. Itaque dimissa fuit. Paulò post capta ab alia fele, similiter petiti ut sibi miserae vitam condonaret³⁾. Id felis sibi factu⁴⁾ perdifficile esse ait, quæ cum omnibus muribus bellum gereret; Vespertilio autem se murem nequaquam esse ad firmavit, sed volucrem. Sic iterum pe- riculum evasit, & nomine mutato⁵⁾ bis servata fuit.

1) for dicebat se non posse 785. 2) fordi den 510. 3) iffe, condonet 624. 4) 354. 5) ved forandring af Navnet 433.

SOL ET AQUILÖ.

27.

XXVII. Solem & aquilonem de robore viribusque quondam disceptasse ferunt¹⁾, con- venisseque inter eos, ut, ute viatori vestem exipe-

eriperet facilius²⁾), is validior haberetur³⁾ Prior-
res⁴⁾ igitur fortius aquilo, ventus acer & ve-
hemens, omnem vim fatus sui in conspectum⁵⁾
forte viatorem immisit. Verum ille, quo⁶⁾ ma-
gis ventus in se ferebatur, hoc arctius vestimenta
continere⁷⁾, circumque se convolvere. At sol-
astus gravissimos effundens, facile effecit, ut⁸⁾
viator se vestibus nudaret, non solum pallio po-
sto⁹⁾ sed etiam resoluta tunica.

1) man fortæller 575. 2) lettest, ikke facillime
211. 3) fulde anfæs for den stærkeste, 216.
4) sc. partes 802. 5) quem conspiciebat, 387. 6) jo
mære 202. 7) for continebat 691. 8) ikke, quod, for-
di det er en Virkning af det foregaaende Prædikat, 175.
9) da han tog af 422. fin.

VULPECULÆ.

28.

XXVIII. Elapſa vulpes de laqueo, sed
mutila (nam caudam amiserat), coepit in com-
mune fviadere omnibus, ut et ipſæ¹⁾ præcidi
caudas sibi paterentur; cupiebat enim in turba &
societate turpitudenis suum vitium quasi occultare.
Quid²⁾ enim, inquit, has & indecoras & super-
vacaneas gestamus, vel potius attrahentes³⁾ de-
fatigamur? Aut cuinam, obſecro, rei⁴⁾ utiles
funt, niſi forte verendum ſolum⁵⁾ conduximus?
Parantem⁶⁾ dicere plura, una de multitudine
juvencula interpellabat his verbis: Heus tu, mea
mater-

matercula, num fueras⁷⁾ hoc fvasura etiam,
fi non⁸⁾ tibi emolumento⁹⁾ futurum eſſe ſpe-
rareſ?

1) ligeledes 557. 2) for cur 686. 3) medens vi
394. eller, hvorfor giøre vi os den Umage, at
ſlæbe den efter? 4) hvortil? 261. 5) at feie
Gorden 405. 6) han vilde ſige mere, da 393.
7) for ſuſſes vilde du vel have raadet der til.
608. 8) ikke, niſi 477. 9) fordeelagtigt 262.

LEO ET VULPES.

29.

XXIX. Leo ſenio conſectus, cum¹⁾ vires
non ſuppeterent ad viatum parandum²⁾, calli-
dum cepit conſilium fulſtandi vitam. Itaque
in antro, quaſi periculoſo morbo correptus, de-
cumbens, cum³⁾ ad iſum viſendū paſſim ani-
mantē reliquæ advenirent, prehensas illas devo-
rabat. Atque ita magna belliārū multitudine
a leone ablumta⁴⁾, accedit tandem & vulpecula
ad antrum, & ante illud ſubſilit, hæſitans atque
circumſpectans. Tum Leo, quid eſſet, cur non
adeat ad ſe, rogar. At illa respondiſſe fertur⁵⁾:
quia veſligia me terrent, omnia te adverſum ſpec-
tantia, nulla retrorūſum.

1) cum - parandum er en ſætning, som er ſtudt ind i en
Periode. 644. 2) for at forſkaffe ſig ſelv ſøde
375. 3) decumbens cum, den lagde ſig hen, og
da 402. 4) 424. 5) 218.

HIRUNDO ET AVICULÆ. 30.

XXX. Quum linum fereretur, monuit reliquias aviculas hirundo fecum ut eruerent semina, de quibus relictis ¹⁾ exoritura esset herba nocentissima avium generi. Quod cum ²⁾ non probaretur, rursus enatam primum & teneram herbam ut evellerent, hortatur. Cum vero neque hoc facere vellent, ipsa ³⁾ de silvis & solitudinibus ad hominum consuetudinem & in oppida se contulit. Paulo post maturum linum carpitur, & retia necuntur, & capiuntur aviculae, fero deplorantes neglectum ⁴⁾ salutare confilium.

1) naar de lode den ligge 398. 2) cum id. 526. 655. 3) den 563. 4) at de havde forsøgget 406.

EQUUS ET ASINUS. 31.

XXXI. Agitabat quidam equum & asinum, onustos sarcinis. Asinus defatigatus rogavit equum, ut, si se vivum ¹⁾ servare vellet, aliqua parte oneris se levaret; sed repudiavit equus preces illius. Paulo igitur post fatigatione & labore consumitus asinus, in via corruit, & efflavit animam. Tum agitator omnes sarcinas, quas asinus portaverat, atque insuper etiam pellem asino detractam in equum imposuit ²⁾. Ibi ille deplorans fortunam suam: Me miserum inquit, qui ³⁾ parvulum onus in me suscipere gravatus fuerim,

fuerim, cum nunc cogar tantum ferre, accedente ⁴⁾ etiam pelle comitis mei tujus preces tam superbe contemseram:

1) i Ølive 672. c. 2) 286. 3) 512. 4) hvortil endnu kommer 431. eller, og endnu oven i risbet.

RUSTICUS ET FILII EJUS. 32.

XXXII. Rusticus vicinus morti, cum relinquere filiis suis devitas non posset, voluit excitare animos illorum ¹⁾ ad diligentem agriculturam, & in opere faciendo ²⁾ affiditatem. Arcessit igitur illos ad se, atque ita alloquitur: Mei filii, quo in loco res meæ sint, videtis. Vobis ³⁾ autem, quidquid potui, in mea vita comparsi, idque totum in vinea nostra querere poteritis. Hæc cum ⁴⁾ dixisset, paulo post moritur senex. At filii, quod crederent, in vinea patrem alicubi thesaurum abscondisse, arreptis ligonibus solum vineæ universæ effodiunt, ac thesaurum quidem reperire nullum, terra tamen fodiendo ⁵⁾ perculta ⁶⁾, vites uberrimos fructus tulerunt ⁷⁾.

1) animos illorum, for eos dem. 2) i gørretning af deres arbeide 380. faciundus for faciendus 70. Num. 5. 3) for Edet 259. 4) for cum hæc 657. 5) 378. 6) for i Fordbunden var meget forbedret 427. 7) fero.

VESPERTILIO TRANSFUGA. 33.

XXXIII. Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus, modo his, modo illis vincentibus¹⁾. At Vespertilio, dubios eventus timens, ad illos se conferre solebat, quos superasse videbat. Inter aves avem se profitebatur, inter quadrupedes murem. Quum ad pacem redisset aves & quadrupedes, fraus utrius generi apparuit. Damnatus igitur ab utrisque lucem refugit, solus noctibus semper volans.

1) da snart disse ic. 431.

SIMIUS REX.

34.

XXXIV. Ferunt quodam in conventu bestiarum ita belle saltavisse simium, ut omnium prope unanimi sententia rex crearetur¹⁾. Hunc vulpes elatum animo ob prosperitatem videns, simul etiam bestiarum stultitiae succensens²⁾, dicit simio: postquam regnum ipsi obtigerit³⁾ non debere se⁴⁾ celare quæ⁵⁾ magnopere, ut resciceret, ipsius interesse⁶⁾ arbitraretur. Quid id esset simio interroganti: thesauros, respondit sibi a patre suo indicatum esse defossum in solitudine, qui jure regni ad ipsum jam pertinere videatur. Eamus⁷⁾ igitur, inquit simius, ut tolamus. Cave tu, inquit vulpes; nam ego sœpè audivi, periculo effusionem thesauri non carere⁸⁾. Nihil, inquit simius periculi est, an⁹⁾ tu, ob

seco

secro, times¹⁰⁾. Eamus igitur, inquit vulpes, si vindetur. Cumque per silvas diu circumduxisset simium, tandem inducit in laqueos sub fructibus absconditos ad capiendas bestias, atque ibi dicit thesaorum defossum, & illinc eruendum esse. Simius festinans¹⁰⁾, neque providens, statim capit, atque implicitus orat vulpem, sibi ut succurrat. Ea vero, se regem attingere non debere, ait, & discedens¹¹⁾: non, inquit, ars saltandi regnum merebatur.

1) 215. 2) 270. 3) obtingo Verbum i en Bispetning staar i den fortællende Stil i Conjugativet. 514-515.
4) saa burde han ikke ic. Sætninger, som anfører en andens Ord, blot efter deres Indhold, staar i Acc. c. Ins. 515. 5) hvorom han droede at det ic. eller, det, som var ham, som han droede, meget magtpaa liggende ic. 530. 6) 253. 7) lad os altsaa gaae 467. 8) 341. 9) 157. 10) da den nu isede 400. 11) i het den gift hort. 409.

FAUNUS ET VIATOR.

35.

XXXV. Faunus seu Satyrus quidam viator, hienus frigore adflictum, deduxisse perhibetur in specum suum, misertus¹⁾ hominis. Cumque videret crebro eum manus ori admoveare²⁾ & illis inhalare³⁾, rogat, quid hoc sibi velit? Respondit viator, calefieri ita spiritu manus contractas gelu. Tum Satyrus, ne quid⁴⁾ humanitatis erga hospitem prætermitteret, adfert in phiala

phiſla vinum calidum & adhuc fervens, illoque ſuum fovere guttū & ſtomachum jubet. In hoc & iſum⁵⁾ inspirare⁶⁾ viator, quod diceret, admiranti⁷⁾ & cauſam requirenti Fauno, refri- gerari potum halitu. Ibi Faunus eum aversatus; at tu, inquit, ap̄age te illico; nihil enim tecum commercii habere volo, qui⁸⁾ eodem ex ore effles & calidum & frigidum.

- 1) 400 eller 409. af Medlidenhed. 2) 271. 3) 274.
4) iffe, ut nihil 757. 5) 558. 6) 691. 7) da Faunen
forundrede sig 392. 8) da du 509.

VULPES ET LIGNATOR. 36.

XXXVI. Agitata vulpes a canibus, longo ſpatio fuga confecta¹⁾, devenit tandem ad caſulam, ante quam lignator findebat ſtipitem querum²⁾. Ad eum ſuppenplex configuit orans, ut ſibi latebras aliquas demonstraret, in quibus, dum venatores præteriſſent, occultaretur. Ille, miſericordia motus³⁾, ſuam caſulam jubet subire⁴⁾ ubi⁵⁾ ſperare ſe, illam in tuto futuram. Poſtea recordatus, animantem illam eſſe nocentem, nec tamen manifeſte prodere ſupplicem auiſus inſecutiſ venatoribus, &, num vulpem vidiffet, per- contantibus, verbis ille quidem ſe vidiffe negabat, fed manu oculisque caſulam ſuam indicabat, ubi⁶⁾ voletab intelligi latere vulpeculam. Sed venatores, non animadverſo⁷⁾ iudicio, celeriter

difece-

diſcedunt. Vulpes, quæ & ⁸⁾ audierat & vide- rat omnia, progreſſa mox de caſula, abire⁹⁾ inſalutato¹⁰⁾ lignatore. Quod cum ille ægre ferret, & tanquam cum ingrato expoftularet: Ete- nim ſalutem tu mihi debes, inquit, & meo¹¹⁾ benificio vitam retines. Tum vulpes: Agerem, inquit, gratias ego tibi, ſi cum oratione tua manus & oculi conſenſiſſent. Quodſi¹²⁾ dicendum aliiquid eſt, equidem linguaſ tuæ bene precor, ſed manus tibi praecifas & oculos effoſſos¹³⁾ velim.

- 1) iffe, longa via ſuga conſecta 442. 2) Egſtamme 102. Ann. 2. 3) af Medlidenhed 417. 4) 311. 5) Adverb. relat. Ved Acc. c. inf. hvor han, ſom han haabede o. f. v. eller, hvor han formo- dentlig o. f. v. 532. 6) 532. 7) fordi be iffe havde mærket 427. eller, havde ikke mærket og o. f. v. 429. 8) det første et behøver ikke at over- ſettes 128. Ann. 9) 691. 10) uden at tage Uf- ſeed 435. 11) meo har her Tonen, maa altsaa ſtaae foran, 640. 12) men der ſom. 13) for praecidi & effodi 416.

LIGNATOR ET MERCURIUS. 37.

XXXVII. Caedebat quidam ligna juxta ſluvium. Inter opus excidit ei ſecuris, & in flumine demerſa fuit. Tum ille inops consiliū, in ripa affidens, deflere fortunam ſuam & lamentari miſere. Mercurius autem, cum forte præteriens querelas illius cognoviffet, miſertus hominis,

aquaſ

aquas subiit & retulit secūrim, non eam quidem, quæ amissa fuerat, sed auream, &c, an hæc esset, quam perdiuerit, interrogavit. Cum suam illam esse negaret, extulit¹⁾ alteram argenteam; sed ne eam quidam agnoscente lignatore, postremo ferream attulit, quam lætus homo suam esse dixit. Hac probitate delectatus deus, universas illi securies donat. Ista, ut acciderant, cum postea narrasset plurimis, aliis quidam simili fortuna uti voluit. Ipse igitur in fluyum securim suam sponte abjicit, & propter eum mox affidens plorare atque lamentari. Huic ita, ut dudum alteri, Mercurius se obtulit²⁾, & causa lacrimarum auditæ³⁾, auream protulit securim, interrogans, eane esset⁴⁾, cujus jaçturam quereretur? Tum ille magno cum gaudio statim, agnoscere se, & eam esse, dixit. At Mercurius mendacem & impudentem hominem averfatus, discessit, aureamque securim una secum abstulit⁵⁾, neque⁶⁾ projectam in fluvium retulit.

1) effero, 2) offero. 3) 424. 4) 157. 5) aufero. 6) neque retulit ubi a hente igien. 436.

RANA ET BOS.

38.

XXXVIII. Rana cupida¹⁾ æquandi bovem, se distendebat. Filius hortabatur matrem ut ab incepto desisteret; nihil enim ranam esse ad²⁾ bovem. Illa iterum se inflat vehementius; na-

tus

tus clamtabat: non si te ruperis³⁾, pat eris. Tertium cum intumuisset⁴⁾, rupta est.

1) Adjektivum relativum c. Genit. 226. 2) i Sammeasing med 724. 3) rumpo, 4) intumesco.

EADEM FABULA, ALITER NARRATA
A PHÆDRO.

39.

Inops potentem dum vult imitari, perit.
In prato quodam rana conspexit bovem,
Et tacta¹⁾ invidia tantæ magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem; tum patos suas
Interrogavit, an bovē²⁾ esset latior?
Illi negarunt³⁾. Rursus intendit cutem
Majore nisu, & simili quæsivit medo,
Quis⁴⁾ major esset? Illi dixerunt: bovem⁵⁾.
Novissime indignata⁶⁾, dum vult validius⁷⁾
Inflare sese, rupto jacuit corpore⁸⁾.

1) for ex invidia af Misundelse 417. 2) for quam bos 200. 3) de sagde: nei 785. 4) burde egentlig hedde ute 571. 5) sc. esse majorem 6) endelig blev den ørgerlig, og da o. f. v. 492. 7) endnu stærkere 199. Num. 6. 8) revnede den og falbt død ned.

CANIS CUM FRUSTO CARNIS. 40.

XXXIX. Ferebat canis, secundum flumen decurrentis, frustum carnis alicunde raptum. Cujus imago cum¹⁾ in aquis apareret, canis avidus illam,

illam, quasi alterum frustum undis innatans appetit. Sed dum aperit os, ut illud quoque ariperet, id, quod tenebat, amittit.

1) fōr, cum igitur ejus imago 525. 655.

EADEM FABULA, ALITER NARRATA.

31.

Amittit merita proprium, qui alienum appetit.
 Canis per fluvium, carnem cum ferret, natans,
 Lympharum in speculo vidit simulacrum suum,
 Aliamque prædam¹⁾ ab alio ferri putans²⁾,
 Eripere voluit; verum decepta³⁾ aviditas⁴⁾.
 Et, quem tenebat ore, demisit cibum,
 Nec⁵⁾, quem petebat, potuit adeo attingere.

1) her maa m iffe elideres (878) naar Verset skal bringes ud. 2) fōrdi 400. 3) sc. est hedrog sig 73. 4) fōr avidus canis. Abstratum pro concreto det graadige Øyr 662. 5) et - nec ikke allene, men ogsaa ikke. 649.

LUPUS ET GRUS.

42.

XL. Inhaerat¹⁾ os in faucibus lupi. Mercede igitur conductit gruem, qui²⁾ inserto³⁾ rostro in rictum suum os de faucibus extrahat. Hoc longitudine⁴⁾ colli facile gus effecit. Cum autem mercedem postularet, subridens lupus, & dentibus infrendens: an tibi, inquit, merces par-

va

va videtur, quod caput incolume retuleris de lupi faucibus?

- 1) 278. 2) fōr ut 503. 3) fōr inserat & extrahat. 429.
- 4) fōr longo collo 664.

EADEM ALITER.

43.

Os devoratum fauce cum hærefet lupi,
 Magno dolore viitus¹⁾ coepit²⁾ singulos
 Illicere pretio, ut illud extraherent³⁾ malum.
 Tandem persuasa est⁴⁾ jurejurando gruis⁵⁾,
 Gulæque credens colli longitudinem,
 Periculosa fecit medicinam lupo⁶⁾.
 Pro quo⁷⁾ cum pactum flagitaret præmium;
 Ingrata es, inquit, ore quaæ⁸⁾ nostra⁹⁾ caput
 Incolume abstuleris¹⁰⁾, & mercedem postules.

1) fōr dolore af stor Smerte 417. 2) coepit illucere for illexit 831. 3) ikke, extrahant 624. 4) lo sig overtale 73-3. 5) for grus. 6) Dativus commodi 260. Den forrettede den farlige Kuer paa Ulven. 7) men da den derfor 522. 655. 8) da du 509. 9) for mea 677. 10) aufero.

VULPES ET CORVUS.

44.

XLI. Corvus cum frustum carnis rapuisset, in arbore quadam confedit¹⁾. Vulpes eum conspicit, & carnem cupiens²⁾, accurrit, eumque callidis verbis adoritur. O corve, inquit, quam pulchra es avis, quam speciosa! Te decuit³⁾ esse avium regem. Sane omnes aves regiis virtuti-

bus

bus antecedentes ⁴⁾), si modo vocem haberet. Corvus his laudibus inflatus, ne mutus haberetur, clamorem editurus ⁵⁾, aperto rostro ⁶⁾, carnem amisit, quam vulpes statim rapuit, atque irridens dixit: *heus corve! nihil tibi deest, præter mentem.*

1) satte sig at confide. 2) fordi 400. 3) for decuisset. 603. b) Du havde stuldet. 4) 279. 5) vilde Førlige 392. 6) aabnede Mæhet og v. s. v. 429. 1

EADEM ALITER.

45.

*Qui se laudari gaudent ¹⁾ verbis subdolis,
Sera dant poenas turpes ²⁾ poenitentia.
Cum de fenestra corvus raptum caserit
Comesse ³⁾ vellet, celsa residens arbore;
Hunc vidit vulpes; deinde ⁴⁾ sic coepit loqui.
O. qui ⁵⁾ tuarum, corve, pennarum est nitor!
Quantum ⁶⁾ decoris corpore & vultu geris!
Si vocem haberet, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
Amisit ore caseum, quem celeriter
Dolosa vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor ⁷⁾.*

1) hvem der gierne herer sig rose. 2) poenas turpes dare at bøde fæmmelig. 3) for comedere. 34. 4) deinde scanderes her som et kostavelses Ord. 5) for quantus. 682. Hvilken Glands har dine Tiedre 102. Num. I. 6) quantum c. Genit. 332. 7) den

den bedragne Dumhed; eller for corvus stupidus, quod deceptus erat, den dumme Navn, som lod sig bedrage 664.

VULPES ET UVA.

XLII. Vulpes sublimen uvam dependenter de vite conspicata ad illam subsiliit iterum atque iterum, omnes vires corporis adhibens, si ¹⁾ forte attingere posset. Tandem defatigata inani labore discessit; & ipsa fese quasi consolans: at enim acerbæ adhuc, inquit, uvæ sunt, & ista ²⁾ imprimis austera, neque si in via jaceat, digna, quæ ³⁾ tollatur.

1) foran om 770. 2) den der, med foragt 560. 3) for at 499.

EADEM ALITER.

47.

*Fame coacta vulpes alta in vinea
Uvam appetebat, summis faliens viribus,
Quam ¹⁾ tangere ut non potuit, discedens ait:
Nondum matura est, nolo acerbam sumere.
Qui facere quæ non possunt, verbis elevant
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi,*

1) ut vero eam 522

CERVUS AD ¹⁾ FONTEM.

48.

XLIII. Cervus cum vehementer sitiret, ad fontem accessit, suaque in aquis imagine conspeta

specta²⁾ cornuum magnitudinem & varietatem³⁾ laudabat, crura vero, ut gracilia & exilia vituperabat. Hæc cogitanti⁴⁾ supervenit⁵⁾ leo, quo viso⁶⁾ in fugam se conjicit cervus, & leoni longe præcurrit⁷⁾, ita ut quamdiu nuda in planicie esset, nullum ei⁸⁾ ab hoste immineret periculum. Ubi⁹⁾ vero ad nemus venerat opacum, intet dumeta cornibus adhærescens, cum¹⁰⁾ celeritate pedum uti non posset, miser captus est, & moriturus: o me desipientem¹¹⁾, inquit, cui¹²⁾ ex vana opinione, ea displicerent, quæ me conservarunt, placerent autem, quæ me perdiderunt.

- 1) ved 720. b. 2) da den saæ 423. 3) sine strore og taggede horn 664. 4) da 394. 5) 277. 6) ved Synet af denne 433. 7) 281. 8) ikke, ei 553. 9) for cum f. postquam 715. 10) cum da eller fordi c. Conjunct. 460. 11) 327. 12) da mig 512.

EADEM ALITER.

49.

Laudatis¹⁾ utiliora, quæ contemseris²⁾,
Sæpe inveniri, hæc exserit narratio
Ad fontem cervus, cum bibisset, restitit,
Et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum³⁾ ramosa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem⁴⁾ vituperat,
Venantum⁵⁾ subito vocibus conterritus
Per campum fugere coepit, & cursu leví
Canes elusit. Silva tum exceptit ferum,

In

In qua⁶⁾ retentis impeditus cornibus,
Lacerari coepit⁷⁾ mortibus sævis canum.
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur;
O me infelicem, qui nunc demum intelligo,
Utilia mihi quam fuerint, quæ despiceram;
Et quæ laudaram, quantum luctus habuerint.⁸⁾

- 1) for quam laudata 206. hyad man rose 391 eller quam quæ laudaveris. 2) hyad man foragtede 469. konstruer: ea, quæ contenseris, sæpe inveniri utiliora laudatis. 3) for dum ibi da den nu her 658. 4) for crura nimium tenua 664. 5) for venantium Syncope og dette igien for venatorum 696. b. 6) for et in ea 521. in qua cornibus og fordi den blev hængende deri med sine horn, og derved blev holdt. 7) for lacerabatur 831. 8) Hvilken hammer det har forvoldt mig.

HIRCUS ET VULPES.

50.

XLIV. Hircus & vulpes siti correpti¹⁾ in profundum puteum disilierunt, cumque illam sedavissent, hircus coepit circumspicere & quærere, quæ²⁾ de aquis evadere in terram posset. Cui vulpes; Bono, inquit, animo³⁾ esto; nam mihi consilium subiit, quo usi⁴⁾ servari possimus ambo. Si enim te in posteriores pedes erigens, priores parieti applicueris, & caput alte, cornua ut oblique reclinentur, extuleris⁵⁾, tum ego de tergo tuo in hæc ascendere, atque deinde exire de puto & te mox etiam attrahere facile potere.

poterø. Ad hæc ⁵⁾ cum se hircus paratum esse diceret, & obsequentem se præbuisset, evasit de puto vulpes: atque ibi læta exsultare, & deridere hircum coepit; hic vero eam graviter accusare & perfidiæ insimulare. Cui vulpes illudens: at tu, inquit, hirce, si tam cordatus essem, quam barbatum esse video, nunquam in istum te locum, non explorato ¹⁾ reditu, immisfles.

1) hircus & vulpes correpti. Tilleggsordet retter sig, i Henseende til Kjønnet, efter masculinum 122. c. 2) scil. parte 802. 3) 239. 4) for quo si utamur, hør ved vi, naar vi betiene os deraf. 535. 5) Fut. ex. æt. af effero. 6) 657. 7) uden at have under sagt 434.

EADEM ALITER.

Homo in periculum ¹⁾ simul ac venit, callidus,
Effugium reperire alterius querit malo.
Quum decidisset vulpes in puteum infcia,
Et altiore ²⁾ clauderetur margine,
Devenit hircus sitiens in eundem locum.
Simul rogavit, esset an dulcis liquor
Et copiosus? illa fraudem moliens ³⁾:
Descende, amice; tanta bonitas est aquæ ⁴⁾,
Voluptas ut satiare non possit mea ⁵⁾.
Immisset se barbatus ⁶⁾. Tum vulpecula
Evasit puto, nixa cellis cornibus,
Hircumque clauso liquit hærentem ⁷⁾ vado.

1) for

1) for periculum. Syncope 933. 2) temmelig hæt 208. c. 3) scil. dixit 809. 2). 4) for tam bona est aqua 664. 5) for ut propter voluptatem satiare non possum, at jeg ikke kan driske mig ute st. 782. 6) den langstieggede, for, hircus. 7) liquit hærentem lod ham i Stikken.

LUPUS ET CANIS.

52

XLV. Admirans lupus nitorem corpulentum canis: quanta, inquit, frater, felicitas est vitae tuae! Licet igitur, inquit canis, mecum in urbem venias, et eadem fruare ¹⁾ felicitate. Dum una pergunt, animadvertisit lupus in canis collo attritos pilos. Tum: jugumne etiam sustinendum tibi ²⁾ est? inquit; cervix enim hoc glabra indicat, ut videtur. Luce, inquit canis, alligor, ut noctu sim acrior et vigilantior; atque hæc vestigia sunt collaris, quod circumdari ³⁾ solet cervici. Hoc audito ⁴⁾ lupus: Vale, inquit, amice; jam nihil moror servilem felicitatem tuam.

1) 342. 2) 363. 3) 282. 4) 422.

EADEM ALITER,

53

Quam dulcis fit libertas, breviter proloquar.
Canis perpasto macie confectus lupus
Forte occurrit: dein ¹⁾ salutant invicem:
Ut restiterunt, unde sic, quaeso, nites?
Aut quo cibo fecisti in tantum corporis ²⁾?

G

Eg.

Ego qui sum longe fortior, pereo fame.
 Canis simpliciter: eadem est conditio tibi ³⁾,
 Præstare domino si par officium potes.
 Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,
 A ⁴⁾ furibus tuearis et ⁵⁾ noctu domum.
 Ego vero ⁶⁾ sum paratus: nunc patior nives
 Imbrisque, in filvis asperam vitam trahens.
 Quanto est facilius mihi, sub tecto vivere
 Et otiosum largo satiari cibo!
 Veni ergo mecum. Dum procedunt, adspicit
 Lupus a catena collum detritum canis.
 Unde hoc, amice? Nihil est. Dic, quæsō, tamen.
 Quia videor acer, alligant me interdiu;
 Luce ut quiescam, et vigilem, nox cum venerit;
 Crepuscula solitus, qua visum est, vagor.
 Adfertur ultro panis; de mensa sua
 Dat ossa dominus; frusta jactat familia,
 Et, quod fastidit quisque, pulmentarium.
 Sic sine labore venter impletur meus.
 Age, si quo ⁷⁾ abire est animus, est licentia?
 Non plane est; inquit. Fruere, quæ laudas, canis.
 Regnare nolo, liber ut ⁸⁾ non sim mihi.

1) dein scanderes som et Gentaveses-Ord. 2) hvort
 af har du lagt dig en saadan Mave til? 3)
 Du kan have det lige saa godt. 4) for contra
 717. c. 5) for etiam 756. 6) vero viser Hastigheden af
 hans Beslutning. I h vildestil er jeg strax
 færdig. 7) for aliqua 566. 8) scil ita s. hac lege
 under den Betingelse 710. Jeg sifstter ikke om

at være Konge, naar jeg ikke fulde være min egen
 Herre.

XLVI. TAURUS ET VITULUS.

Angusto in aditu taurus luctans cornibus,
 Quum vix intrare posset ad præsepio.
 Monstrabat vitulus, quo fe pacto plecteret ¹⁾.
 Tace. inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.
 Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

1) hvorledes han fulde vende og dreie sig 457.

XLVII. CANIS ET FUR.

Repente liberalis stultis gratus est,
 Rerum peritis irritos tendit dolos.
 Nocturnus quum fur panem mississet cani,
 Objecto, tentans, an cibo posset capi;
 Heus, si, inquit, linguam vis meam præcludere,
 Ne latrem pro re domini, multum falleris;
 Namque ista subita me jubet benignitas
 Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

XLVIII. LUPUS ET AGNUS.

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant,
 Siti compulsi; superior stabat lupus,
 Longeque inferior agnus. Tunc fauce improba

Latro incitatus, jurgii causam intulit.
 Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
 Aquam bibenti? Laniger contra timens,
 Qui ¹⁾ possum, quæso, facere, quod quereris, lupe?
 A te decurrit ad meos haultus liquor.
 Repulsus ille veritatis viribus?
 Ante hos ²⁾ sex menses male, ait, dixisti ³⁾ mihi.
 Respondit agnus, euidem natus non eram.
 Pater, hercule, tuus, inquit, maledixit mihi.
 Atque ita correptum taniat injusta nece.
Hæc propter illos scripta est homines fabula,
 Qui factis causis innocentes opprimunt.

1) *for* quomodo 705. 2) *for* proxime elapsos. 681. d.
 3) 270.

XLIX.

LUPUS ET VULPES JUDICE SEMIO.

Quicunque turpi fraude semel innotuit ¹⁾,
 Etiam si verum dicit, amittit fidem.
Hoc attestatur brevis Aesopi fabula.
 Lupus arguebat vulpem furti criminè ²⁾:
 Negabat illa, se esse culpæ proximam.
 Tunc judex inter illos seddit simius;
 Uterque causam cum perorassent suam,
 Dixisse fertur simius sententiam:
 Tu non videris perdidisse, quod petis;
 Te credo surripuisse, quod pulchre negas.

1) *innotisco*. 2) *crimine tan usq[ue] uidelaberet*. 249.

ARBORES IN DEORUM TUTELA.

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
 Divi legerunt arbores. Quercus Jovi,
 Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
 Pinus Cybelæ, populus celfa Herculi.
 Minerva admirans, quare steriles sumerent?
 Interrogavit. Causam dixit Jupiter:
 Honore in fructu ne videamur vendere ¹⁾.
 At mehercules ²⁾ narrabit, quod quis voluerit,
 Oliva nobis propter fructum est gratiæ.
 Tunc sic Deorum genitor, atque hominum fator:
 O nata, merito sapiens dicere ³⁾ omnibus ⁴⁾:
 Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria,
Nihil agere, quod non ⁵⁾ *profit*, *fabella admonet*.

1) 345. 2) scil. Minerva inquit. 3) *for* dicēris. 70.
 4) *for* ab omnibus. 291. 5) *iffe* quin. 763.

EP.

ASINUS ET LEO VENANTES ¹⁾.

Virtutis expers ²⁾, *verbis jactans gloriam*,
Ignotos fallit, notis est derisui ³⁾.
Venari, asello comite ⁴⁾, *cum vellet leq*,
Contexit illum frntice ⁵⁾, *et admonuit simul*,
Ut insuēta ⁶⁾ *voce terret feras*,
Fugientes ipse exciperet. *Hic auritus*
Clamorem subito totis tollit viribus,
Novoque turbat bestias miraculo ⁷⁾.

Quæ dum ⁸⁾ paventes, exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo impetu.

Qui postquam cæde fessus est, asinum evocat,
Jubetque vocem premere. Tunc ille insolens:
Qualis videtur tibi opera hæc vocis meæ ⁹⁾?
Insignis, inquit, sic ut, nisi nossem tuum
Animum genusque, simili fugissem metu.

i) paa Jagt. 409. 2) Adjekt. relat c. Genil. 226. 228.
3) Latterlig. 262. 4) i Selfab. 438. 5) Sing. pro
Plur. 663. g. 6) infueta er her et Glæstavelsesord.
Diæresis 934. 7) novo miraculo, med dets usæd-
vanlige Stemme. 8) for dum igitur eæ 525. 9)
Hvad mener du? har jeg ikke ret gjort dig
en Dienesté med min Stemme?

LII.

EQUUS ET APER.

Equus sedare solitus quo fuerat fitim,
Dum sepe aper volutat, turbavit vadum ¹⁾.
Hinc orta lis est. Sonipes ²⁾, iratus ³⁾ fero,
Auxilium petuit hominis; quem dorso levans ⁴⁾,
Rediit ad hostem, Jactis hunc telis eques
Postquam interfecit, sic locutus traditur ⁵⁾:
Lætor ⁶⁾, tulisse auxilium me precibus tuis ⁷⁾;
Nam prædum cepi, et didici, quam sis utilis.
Atque ita coëgit frenos ⁸⁾ invitum pati.
moestus ille: parvæ vindictam rei
uero demens, servitutem reperi.

Hæc

Hæc iracundos admonabit fabula,
Impune potius lædi ⁹⁾, quam dedi alteri.

1) Construer: dum aper se volutat, turbavit vadum,
quo equus solitus fuerat sedare fitim. 2) sonipes for
equus. 3) 270. 4) tog det paa Ryggen og. 402.
5) 218. 6) 181. 7) for tiløi precanti dig efter din
Begiering. 782. 8) freni og frena. 8). 9) at lade
sig fornærme. 733.

LIII.

PAVO AD JUNONEM.

Pavo ad Junonem venit, indigne ferens,
Cantus luscini quod sibi non tribuerit ¹⁾;
Illum ²⁾ esse cunctis auribus admirabilem,
Se derideri, simul ac vocem miserit.
Tunc, consolandi ³⁾ gratia, dixit Dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine;
Nitor sinaraggi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemineam caudam explicas ⁴⁾.
Quo mi ⁵⁾, inquit, mutam speciem ⁶⁾, si vincor
sono?

Fatorum ⁷⁾ arbitrio partes sunt vobis datæ:
Tibi forma, vires aquilæ, luscino melos,
Augurium corvo, læva cornici omnia,
Omnes quæ propriis sunt contentæ dotibus.
Nolt adsectare, quod tibi non est datum,
Delusa ne spes ad querejam recidat,

3 III

1) ille, tribuisset. 625. Nota 3. 2) filius relat. 514. 3)
366. 4) for gemmea cauda est, quam explicas 799 eller
explicas staer poetis, for habes. 5) for mihi. Crasis.
634. 6) sc. dii dederunt. 7) ere Junos Ord.

LIV.

MUSTELA ET HOMO.

Mustela ab homine prensa ¹⁾, quum instantem
necem
Effugere ²⁾ vellet, quæso, parce, inquit, mihi,
Quæ tibi ³⁾ molestis muribus purgo domum.
Respondit ille, faceres si causa mea ⁴⁾,
Gratum esset, et dedissem veniam supplici:
Nunc quia laboras, ut fruaris reliquiis,
Quas sunt rosuri ⁵⁾, simul et ipsos devores,
Noli ⁶⁾ imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita locutus, improbam leto dedit.
Hoc in se illicitum debent illi agnoscere,
Quorum privata servit utilitas sibi ⁷⁾,
Et meritum inane jactaut imprudentibus ⁸⁾.

1) for prehensa. Syncope. 933. 2) 326. 3) Dativus
commodi, til dit Webste. 259. 4) 220. Nota.
5) Ille, rodent. 609. 6) 468. 7) for, qui ex privatâ utili-
tate sibi serviant. 782. 8) for apud imprudentes. 292. 3).

LV.

TITVUS ET COLUMBAE.

t homini tutandum ¹⁾ improbo,
quirit, exitium invenit.

Colum-

Columbae sæpe cum fugissent miluum ²⁾,
Et celeritate pennæ ³⁾ vitassent necem,
Confilium raptor vérit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare ⁴⁾ sollicitum potius aevum ducitis,
Quam me creatis icto regem foedere,
Qui ⁵⁾ vos ab ⁶⁾ omni tutas præstem injuria?
Illæ credentes ⁷⁾ tradunt fæse miluo;
Qui, regnum adeptus ⁸⁾, coepit vesci ⁹⁾ singulis,
Et exercere imperium sævis unguibus.
De reliquis tunc una: Merito plectimur.

1) 405. 2) miluum som et Trestavelses: Ord, for mil-
vum. Diæresis. 934. 3) Singul. pro Plurali. 663, g)
4) sc. inquit. 5) 503. 6) 717, q). 7) 402. 8) 395.
9) 342.

LVI.

MULI ET LATRONES.

Muli gravati sarcinis ibant duo;
Unus ferebat fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo faccos hordeo,
Ille onere dives, celsa cervice eminens,
Clarumque collo jactans tintinnabulum:
Comes quieto sequitur et placido gradu,
Subito latrones ex insidiis advolant,
Interque cædem ferro mulum trusitant,
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum,
Spoliatus igitur calus cum fleret suos;

Equi-

Equidem, inquit alter, me contemtum¹⁾ gaudeo,
Nam nihil amisi, nec sum laesus vulnera.
*Hoc argumento tuta est hominum tenuitas*²⁾.
Magnæ periclo sunt opes obnoxiae.

1) sc. esse. 196. Nota. 2) *for homines tenues.* 664. *Dogtan man ogsaa beholde Abstractum, Ar mod.*

LVII.

GRACULUS SUPERBUS ET PAVO.

*Ne gloriari*¹⁾ libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani graculus superbia.
Pennas pavoni quæ deciderant, fustulit²⁾,
Seque exornavit: deinde contemnens suos,
Formoso se pavonum immiscuit gregi.
Illi impudenti pennas eripunt avi,
Fugantque rostris. Male mulcatus graculus
Redire moerens coepit ad proprium genus.
*A quo*³⁾ repulsus tristem sustinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et quod natura dederat, voluisse pati,
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas⁴⁾.

1) 348. 2) tollo. 3) ab eo autem. 522. 4) Abstractum pro concreto, du Ulykkelige.

LVIII.

LVIII.

FORMICA ET MUSCA.

Formica et musca contendebant acriter, 66
Quæ¹⁾ pluris esset. Musca sic coepit prior²⁾:
Conferre³⁾ nostris tu potes te laudibus?
Ubi immolatur, exta prægusto Deum⁴⁾,
Moror inter aras, templas perlustro omnia;
In capite regis fedeo, quum visum est mihi,
Et matronarum casta delib^o oscula;
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.
Quid horum simile tibi contingit, rustica?
Est⁵⁾ gloriōsus fane convictus Deūm,
Sed illi, qui invitatur, non qui invitus est.
Reges commemoras et matronarum oscula;
Ego granum⁶⁾ in hiemem quum studiose congero, 67
Te circa mūrum pasci video stercore.
Aras frequentas; nempe abigeris, quo venis.
Nihil laboras; ideo quum opus est, nil habes.
Superba jactas, tegere quod debet pudor.
Aestate me lacefis; quum bruma est, files.
Mori contractam cūn te cogunt frigora,
Me copioſa recipit incolumem dormus.
Satis profecto retudi superbiam.
Fabella talis hominum discernit notas
Eorum, qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

1) rigigere, ultra. 571. 2) ille, prima. 211. 3) 272.
4) *for deorum. Crasis.* 934. 5) *her tales Myren.* 6)
Sing. pro Plur. 663. g).

LIX.

AQUILA, FELES ET APÉR.

Aquila in sublimi ¹⁾ queru nidum fecerat:
 Feles cavernam naeta, in media ²⁾ pepererat ³⁾:
 Sus, nemoris cultrix, foetum ad imam ⁴⁾ posuerat.
 Tum fortuitum ⁵⁾ feles contubernium
 Fraude et scelestā sic evertit malitia.
 Ad nidum scandit volucris: Pernicies, ait,
 Tibi paratur, forsah et misera mihi:
 Nam fodere terram puod vides quotidie
 Aprum insidiosum, quercum vult evertere,
 Ut nostram in plano facile progeniem opprimat,
 Terrore ossuso et perturbatis sensibus
 Derepit ad cubile setosē suis:
 Magno, inquit, in periclo sunt nati tui,
 Nam simul ⁶⁾ exieris postum ⁷⁾ cum tenero grege,
 Aquila est parata rapere porcellos ⁸⁾ tibi.
 Hunc quoque timore postquam complevit locum,
 Dolosa tuto condidit feso cavo.
 Inde evagata noctu, suspenso pede,
 Ubi ⁹⁾ esca se replevit et prolem suam,
 Pavorem simulans prospicit toto die.
 Ruinam metuens aquila ramis desidet:
 Aper rapinam vitans, non prodit foras.
 Quid multa ¹⁰⁾? inedia consumti sunt cum suis,
 Felisque catulis largam præbuerunt ¹¹⁾ dapem.
 Quantum homo bilinguis s̄aþe concinnet mali,
 Documentum habere stulta credulitas ¹²⁾ potest.

1) for

1) for in sublimi s. summa parte quercus, i Tøppen
 af en Eeg. 783. 2) 783. 3) pario. 4) sc. querum,
 for ad imam partem quercus nede ved Træet, eller
 ved Roben af Træet. 783. 5) her er penultima
 lang. 6) for simul ac. 7) på Græsgågen. 350. Nota.
 8) Deminutivum, ag. 9) for postquam 715. 10) 803.
 11) her er den næstsidste Stavelse brugt fort. 881. 5)
 12) for stulta creduli. Abstractum pro Concreto. 662.

CERVUS ET BOVES.

Cervus, nemorosis excitatus latibulis,
 Ut venatorum fugeret instantem necem,
 Coeco timore proximam villam petit,
 Et opportuno se bubili condidit.
 Hic bos latenti: quidnam voluisti tibi,
 Infelix, ultro qui ¹⁾ ad necem cucurrit,
 Hominumque tecto spiritum commiseris?
 At ille supplex: vos modo, inquit, pareite,
 Occasione rursus erumpam data ²⁾).
 Spatium diei noctis excipiunt vices ³⁾.
 Frondem bubulus adfert, nec ideo videt.
 Eunt subinde et redeunt omnes rustici.
 Nemo animadvertis. Transit etian villicus,
 Nec ille quidquam sentit. Tum gaudens ferus
 Bobus quietis agere coepit ⁴⁾ gratias,
 Hospitium adverso quod præstiterint ⁵⁾ tempore.
 Respondit unus: salvum te cupimus quidem,
 Sed ille, qui oculos centum habet, si venerit ⁶⁾.

Magno

Magno in periclo vita vertetur tua.
 Hæc inter⁷⁾ ipse dominus a coena redit:
 Et quia corruptos viderat nuper boves,
 Accedit ad præsepe: cur frondis parum est?
 Stramenta defunt⁸⁾? tollere hæc aranea
 Quantum est laboris? Dum scrutatur singula,
 Cervi quoque alta est conspicatus cornua.
 Quem convocata⁹⁾ jubet occidi familia,
 Prædamque tollit. *Hæc significat fabula,*
Domiuum videre plurimum in rebus suis.

1) 512. 2) 430. 3) spatium — vices, poetis, for ve-
 sperascit. 4) agere coepit for egit. 831. 5) iffe, præ-
 flittissent. 625. Nota 3. 6) iffe, venit, eller venies 612.
 7) for inter hæc. 8) cur defunt. 9) strax faldte
 han sine føl til og lod den. 429. 655.

CAPUT

CAPUT II.

APOPHTHEGMATA SEU DICTA MEMORABILIA.

§. I.

EGREGIE DICTA.

Thales percontanti¹⁾ quid esset difficile: *se ip-* 72
sum, inquit, *noffe*. Idem rogatus, quid esset
 facile: *alterum*, ait, *admonere*.

Dionyfius, regno expulsus, cuidam dicenti²⁾:
 quid tibi Plato et philosophia profuit? *ut tantam*,
 inquit, *fortune mutationem facile feram*.

Demōnax interrogatus: quando coepisset phi-
 losophari? *Tum*, inquit, *cum cognoscere me ip-*
*sum*³⁾ coepi.

Aristippus percontanti, quæ potissimum ado-
 lescentibus⁴⁾ essent discenda? *Quæ viris*⁵⁾ inquit,
*usui*⁶⁾ *futura sunt*.

Eplec-

1) da En spurgte Thales — saa gav han
 ham til Svar. Dette ham, naar det endog blot
 tankes, viser den Casus, hvori participium bør staae.
 392. 2) begge Participia, expulsus og dicenti, maae
 opleses ved da, istæden for det andet da bruger man
 øg; da han var fordreven, og En sagde. 392.
 (Gille, ipse, 562. 4) 563. 5) dem, som Mænb.
 Appofito, 127. eller, i detes mandige Alder.
 6) nyttig, 262.

73 Epictetus interrogatus, quis esset dives? *cui,* inquit, *satis est, quod habet.*

Cum Græci, qui Asiam incolebant, Persarum regem ex more magnum appellarent, Agerilaus: *an, inquit, ille me¹⁾ major est, si non²⁾ est iustior ac temperantior?*

Socrates in pompa, cum magna vis auri argenteique ferretur, *quam multa³⁾ non desidero, inquit.* C. Tusc. 5, 91.

Curio ad focum sedenti⁴⁾, magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. *Non enim aurum habere, præclarum sibi videri, dixit, sed iis, qui haberent aurum, impetrare.* C. Sen. 55.

74 Alexander interrogatus: ubinam suos recondet⁵⁾ thesauros? *apud amicos⁶⁾,* inquit.

Egregie Aristoteles ait, *nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum⁷⁾ de Deo agitur.*

Plato cuidam narranti, esse quosdam, qui ipsum maledictis infectentur, *at ego, inquit, sic vivam, ut nemo istis habeat fidem.*

Titus Augustus, recordatus quondam super coenam, nihil se toto die cuiquam praestitisse. *dixit: amici, diem perdidi.*

The.

1) fōt quam ego: 200. 2) iffe, nīf: 478. 3) sc. sunt, quæ: 792. 4) iffe med Ablativis, Curio sedet: 442. Amic., 2. 5) iffe, recondat: 624. 6) meos udelades. 574. 7) iffe, s: 474.

Themistocles cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret; *ego vero, inquit, malo virum, qui¹⁾ pecunia egeat²⁾; quam pecuniam, quae viro.* G. Off. 2, 71.

Druus cum aedificaret³⁾ domum, promitte-75
tetur ei architectus, ita se eam aedificaturum,
ut nemo in eam despiceret posset. *Tu vero, in-*
quit, si quid⁴⁾ in te artis⁵⁾ est, ita compone do-
mum, ut, quidquid⁶⁾ agam, ab omnibus perspecti
possem.

Alexander quinquaginta talenta Xenocriti philosopho dono⁷⁾ misit. *Quae⁸⁾ cum ille re-*
culasset accipere, dicens, libi non esse opus; in-
terrogavit: an amicum haberet neminem, cui effet
opus?

Perillus, tunis ex amicis Alexandri, filiabus suis⁹⁾ ab eo dotem petuit, quem rex capere quin-
quaginta talenta jussit. Cumque is respondisset¹⁰⁾,
decent satis esse! *Tibi quidem, inquit, satis est*
tantum accipere; non vero mihi, tantum dare.

Socrates interrogatus, quiamobrem ipse non¹¹⁾ administraret rem publicam, cum hiujus artis peri-
fissimus¹²⁾ esset, respondit; *eum utiliorum effe ci-*
vitatis,

1) 597. 2) 341: 3) verbum gravidum. 2ade bygge.
786: 4) for atiquid: 365: 5) Genit. ved quid. 233:
berfom du fortstæder høget: 6) 682. 7) 261:
8) 655. 9) 259: 10) iffe, responderet: 607. 11) 257.

vitati, qui multos efficeret idoneos gubernandæ ¹⁾ reipublicæ, quam qui ipse recte administraret.

Diogenes interroganti cuidam, quanam ratione posset optime ulcisci inimicum? *Si te ipsum,* inquit, *probum et honestum virum præfliteris* ²⁾.

Antisthenes dicebat, ea ³⁾ esse paranda viatica, quæ cum naufrago eratent.

Amico cuidam apud Antisthenem deploranti, quod commentarios suos perdidisset: oportuit ⁴⁾, inquit, ista menti potius, quam chartis inscribere ⁵⁾.

77 Cum ex Socrate esset quæsitus, Archelaum, Perdiccae filium, qui cum fortunatissimus habebatur, nonne beatum putaret? haud scio, inquit, nunquam enim cum eo collocutus sum. An' ⁶⁾ tu? an ⁷⁾ aliter id scire non potes? nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne ⁸⁾ fit? an ego possum, cum ⁹⁾ ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus? Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas ¹⁰⁾? Ita prorsus existimo; bonos, beatos: improbos, miseros. Miser ergo Archelaus? Certe, si injus-
tus. C. Tusc. 5, 35.

Tar-

1) duelige til at regiere en Stat. 373. 2) 318.
 3) ea saadan. 680. 4) du havde skullet. 603. b.
 5) 274. 6) for, ainsne hvad figer du? 7) 354. 8)
 157. 9) cum da c. Conjunct. 460. 10) for, num putas,
 uden Spørgmaalsord. 155. Nofa.

Tarquinium dixisse ferunt ¹⁾, tum exsulan-
 tem ²⁾ se intellexisse, quos fidos amicos habuisset ³⁾,
 quos infidos, cum jam neutrīs gratiam referre pos-
 set. C. Amic. 53.

Indignantibus ⁴⁾ Philippi amicis, quod Pelo-
 ponnesii in Olympiacis ipsum derisissent, tot be-
 neficiis a rege affecti ⁵⁾, eumque hoc sermone
 ad vindictam exstrialibus: quid igitur, inquit,
 futurum est, si quid iis malū fecerimus ⁶⁾?

Thales rogatus, quid maxime commune ⁷⁾
 esset hominibus? Spes, respondit, Hanc enim et
 illi habent, qui aliud nihil.

Solon a Croeso rege interrogatus, an quem ⁷⁹
 quam vidisset ipso beatorem? Tellum nominavit
 Atheniensem, privatum hominem, sed qui relic-
 tis liberis ac nepotibus bene institutis feliciter
 obiisset diem. Interrogatus deinde, quem post
 illum prædicaret felicem? Cleobin et Bitonem ⁸⁾,
 Argivos ⁹⁾ fratres, nominavit, qui cum summa
 pietatis laude defuncti fuissent. Indignatus rex,
 nullo igitur loco me ponis? Ego, inquit Solon,
 facile confiteor, te regem opibus et imperio floren-
 tem ¹⁰⁾: beatum non appellaverim ¹¹⁾, priusquam
 feliciter hanc vitam absolveris.

D 2

Aristo-

1) 575. 2) cum exsularat. 3) i hvilke han havde
 havt. 317. 4) 428. 5) 401. 6) Fut. exact. 612. 7)
 267. 8) see længere hen §. 180. 9) et Par Brodre
 fra Argovæ. 671. 10) 347. 11) 605.

80 Aristoteles interrogatus, quid esset amicus? *Unus*, inquit, *animus in duobis corporibus*.

Thales interrogatus, an facta hominum Deum fallerent? *Nec cogitare*, inquit.

Attalus philosophus dicere solebat, *jucundius esse, amicum facere, quam habere*.

Alexander victi¹⁾ apud Iissum Darii matrem conjugemque captivas invisit una cum Hephaestione, qui sicut ætate pat erat regi, ita corporis habitu præstabat. Ergo reginæ illum regem esse ratæ, suo more veneratæ sunt. Inde ex nutu adstantium intellecto errore, Sisygambis, Darii mater, advoluta est pedibus Alexandri, ignorationem nunquam anteā vifi regis excusans. Quam²⁾ manu allèvans rex: *Non errasti*, inquit, *maters nam et hic Alexander est*.

81 Isocrates, vocatus in jus anno ætatis octogesimo secundo, orationem habuit, in qua his verbis ostendit, quam alieno a litibus animo semper suisset: *Sic adhuc vixi, ut nemo³⁾ unquam me ullus injuriæ aut contumeliae accusaverit⁴⁾; neque judex fuerit, qui de meis adversus quemquam factis aut dictis pronuntiaverit. Etenim cavi, ne quid⁵⁾ ipse in quemquam delinquerem. Mihi vero si*

*H*ø da Alexander havde slaget Darius. 390.
eller, efter Nederlaget. 409. 2) 522. 3) iffe,
nø quis. 758. 4) 247. 5) iffe, ut nihil. 757.

si qua¹⁾ facta fuit injuria, non pro tribunali quæsivi vindictam de inimicis, sed eorum amicis controversiam dirimendam²⁾ permisi,

Cornelia, Gracchorum mater, cum Campana³⁾ matrona, apud illam hospita, ornamenta sua⁴⁾, illo seculo pulcherrima, ipsi⁴⁾ ostenderet, traxit eam sermone, donec e seholâ redirent liberi. Tum, et hæc, inquit, *mea⁵⁾ sunt ornamenta*.

Antoninus Pius hanc celebratam Scipionis sententiam saepè in ore habebat, *malle se unum civem servare, quam mille hostes occidere*.

Phocion, innocens capitis damnatus⁶⁾, rogante quadam ex amicis, numquid filio suo Phocemandari vellet? *Maxime*, inquit: *Jubeo enim eum hujus in patrem injuriae nunquam meminisse⁷⁾*.

Euclides Socraticus, auditæ iniqua, et bellui⁸⁾ na voce fratris, qui dixerat: *peream, nisi te ulciscar!* respondit: *Ego vero peream, nisi tibi persuaserò, ut⁹⁾, posita⁹⁾ ira, me ames, ut antea*.

Cum Rutilio Smyrnæ exulanti, quidam consolandi causa dixisset, instare bella civilia, et brevi futurum¹⁰⁾, ut omnes exsules reverterentur;

Quid

- 1) for aliqua. 565. 2) for, ut eam dirimerent. 405.
- 3) iffe, ejus. 449. 4) ipsi gaaer paa bet foregaaende Subject, Cornelja. 548. 5) mea har Tonen, maa altsaa staar foran. 640. 6) 249. damnatus og rogante biike begge opfeste ved da, altsaa legger man til det andet og. 7) 247. 8) ut efter persuadø. 186. 9) 429.
- 10) futurum, ut reverterentur forreviuros esse. 180.

Quid tibi, inquit Rutilius, mali¹⁾ feci, ut mihi pejorem redditum, quam abitum, optares? Malo, ut patria exsilio meo erubescat, quam redditu moereat.

Socrates interrogatus, qua ratione potissimum quis adsequi posset, ut apud homines honestam haberet famam: *Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, et faciat, quæ sunt honestissima.*

§. 2.

NERVOSE DICTA.

54

Socrates nuncianti cuidam: *Athenienses te capite²⁾ danunarunt; et illos, inquit, natura.*

Idem uxori cum lacrymis exclamanti: ergone injuste morieris? *an tu, respondit, juste malles?*

Idem cum audisset, hominem quendam male de ipso³⁾ loqui: *Nihil mirum, inquit, non didicit bene loqui.*

Improbo homini, percontanti, quis esset inter Spartanos vir optimus? *Agis respondit: qui tui⁴⁾ est disimillimus.*

85 Porus rex, ab Alexandro devictus et captus, cum ab eo rogaretur: quomodo te tractabo? *re galiter, ait.*

Cum Alexander Magnus postulasset, ut se Lacedæmonii in deorum numerum referrent: *age, inquit rex eorum Damis, quoniam Alexander deus esse vult, esto.*

Qui-

1) quid mali. 233. 2) 250. Nota 3) 548. 4) 263.
Nota.

§. 2. Nervoſe dicta.

55

Quidam Atheniensis indisertus, sed factis strenuus, cum alius oratione facunda multa præclare pollicitus esset: *viri, inquit, Athenienses, quæ iste magnifice pollicetur, ego faciam.*

Lacedæmonii, Philippo minitante per litteras, se omnia, quæ conarentur, prohibitum, quæsiverunt, num se esset etiam mori prohibitus? C. Tusc. 5, 42.

Rex Prusias, cum Hannibali apud eum ex-86 ulanti depugnari placeret, negabat¹⁾ se audere, quod exta prohibereut. *An tu, inquit, caruncula vitulinae mavis, quam imperatori veteri credere?* C. Div. 2, 52.

Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ²⁾ erat pecunia temporibus illis maxima, abduxit legatos ad cœnam in Academiam, iisque apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari³⁾ juberet: *Quid? vos hæsterna, inquit, coenula non intellexistis, me pecunia non egere?* Quos⁴⁾ cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. C. Tusc. 5, 91.

Cum Athenis quidam in theatrum grandis natu⁵⁾ venisset⁶⁾, in magno concessu locus ei

a

1) for diebat, se non audere. 785. 2) hvilket. 554.
3) sc. pecuniam, 4) 522. 5) 336. 6) ille, veniret,
thi han var allerede kommen, og ikke længere underveis.
Men i Danøen siger man, han kom, sidst man i
Latinen maa sige, venisset. 607.

a suis cibibus nusquam est datus. Cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui legati cum ¹⁾ essent, in loco certo confederant, consurrexere ²⁾ omnes, et senem illum sessum ³⁾ receperunt. Quibus ⁴⁾ cum a cuncto confessu plausus esset multiplex datus dixit ex iis quidam: Athenienses sciunt, quæ recta sint, nos vero facimus. C. Sen. 63.

Solon Pisistrato tyrranno querenti: qua tandem spe fretus ⁵⁾ sibi tam andaciter obfisteret? respondisse fertur: senectute. ib. 72.

88 Alexander cum levitate corporis ac pedum celeritate polleret, patri hortanti, ut in Olympiis stadium decurreret: Facerem, inquit, si reges habiturus essem concertatores ⁶⁾.

Morituro Socrati Apollodorus prefigum pallium, in quo ⁷⁾ moreretur, obtulit. Cui Socrates: numquid, ⁸⁾ morienti ⁹⁾ mihi, inquit, non conveniet hoc, quod viventi convenit?

89 Rutilius Rufus cum amici ejusdam injustæ rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset: Quid ergo mihi prodest amicitia tua, si, quod rogo, non facis? Immo, respondit, quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste, facturus sum?

Me-

¹⁾ 460. ²⁾ confugo. ³⁾ fuit ut federet. 350. de lodo ham sidde iblaubt sig. ⁴⁾ 525. ⁵⁾ 408. ⁶⁾ til Medbeileere. 317. ⁷⁾ 503. ⁸⁾ fuit num. 158. Nota 3. ⁹⁾ ille, morituro. 399.

Metellus tribuno militum juniori ¹⁾ personanti, quid esset facturus ²⁾ hujus rei ²⁾, inquit, si scirem hanc tunicam esse conscientiam ³⁾, exutam ⁴⁾ in ignem conjicerem.

Octavianus Augustus querentem de inopia et caritate vini populum, severissime coercuit voce: Satis provisum a genero suo Agrippa, perduclis pluribus aquis, ne homines sitirent.

Cum Hannibal Carthaginem expulsus Ephenum ⁵⁾ ad Antiochum venisset exsul, atque invitatus esset ab hospitibus suis, ut Phormionem philosophum audiret ⁶⁾; locutus esse dicitur philosophus aliquot horas ⁷⁾ de imperatoris officio, et de omni ⁸⁾ re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quarebant ab Hannibale, quidnam ipse ⁹⁾ de illo philosopho judicaret. Hic Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem. Neque injuria. Quid enim arrogantius fieri potuit, quam Hannibali, qui ¹⁰⁾ tot annos de imperio cum populo Romano certasset, Graecum hominem, qui

¹⁾ 208. c. ²⁾ 637. ³⁾ 227. ⁴⁾ fuisse exuerem et conjicerem. 404. ⁵⁾ 168. ⁶⁾ 135. Nota. ⁷⁾ 300. ⁸⁾ 667. ⁹⁾ 563. ¹⁰⁾ Hannibali, qui en Hannibal, d. e. en saadan heilt, som ic. her har qui Coniunctio ester sig. 497.

qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, præcepta de re militari dare? C. de Or. 2, 75.

91 Cum quidam, commemoratis tropæis, quæ Lacedæmonii de Persis victis retulissent, horaretur ad bellum cum Macedonibus fuscipiendum; hoc idem esset, inquit Eudamidas, ac si quis de victis mille ovibus pugnaret cum quinquaginta lupis.

Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset¹⁾, querentibus pue respondebat, *Miltiadis tropæis se e somno suscitari.* C. Tusc. 4, 44.

Zeno servum in furto deprehensum cædi²⁾ jussit, cu[n]que is ita se excusaret, ut diceret, sibi fuisse in fatis, ut furaretur: et cædi, inquit.

92 Quum Callicratidas, Lacedæmoniorum classi præfectorus³⁾, pecunia maxime indigeret ad annonam nautis comparandam, accessere ad eum quidam amici Lysandri, et, oblatis⁴⁾ talentis quinquaginta, postulaverunt unum ex inimicis sibi condonari necandum⁵⁾. Quos⁶⁾ ille, quia⁷⁾ æquitatem pecuniæ anteponebat, valere jussit. Aderat tum Cleander, qui cum dixisset: ego⁸⁾ vero oblatam pecuniam accepissim, si Callicratidas essem; et ego, respondit Callicratidas, si Cleander.

Cum

1) 489. 2) iffe, cædere. 191. 3) c. Dat. 276. 4) 429.
5) 403. 6) 522. 7) en Mellemstæning. 644. 8) 540.

Cum garrulus quidam, multa nugatus apud 93 Aristotolem, tandem dixisset: fortasse molestus tibi sum nugis meis; neutiquam, inquit, neque¹⁾ enim adverti animum.

Theohraſtus ad quendam, qui in convivio prorsus filebat: si stultus es, inquit, rem facie sapientem; si sapiens, stultam.

Deinocritus a blæterone quodam interrogatus, ubi cras visurus esset ipsum? Illic, respondit, ubi ego te non videbo.

ANIMOSE DICTA.

Agesilaus, Thraciam traſiturus²⁾, ad Macedonum regem nuntios misit, qui³⁾ rogarent, utrum⁴⁾ per hostium⁵⁾ an amicorum terram iret? Quum ille respondisset, se consultaturum; Fiat⁶⁾ igitur, inquit, consultatio; nos interim iter faciemus.

Agis interrogatus, quot haberet milites? quot sufficiunt, inquit, ad fugandos⁷⁾ hostes.)

Leonidas, Lacedæmoniorum rex, cum Xerxes scripſisset: mitte arma; respondit: veni et cape.

Cum

1) for non enim. 660. 2) 392. 3) 503. 4) utrum.— an, iffe, aut, 159. 5) man overveie det altsaa. 583. 6) 286. 7) Spørgsmålsord, som iffe ligestem spørge, tage Conjunctiv til sig. 155.

Cum ad Leonidam quidam ¹⁾ militum dixisset: hostes sunt prope nos; et nos, inquit, prope illos.

95 E Lacedæmoniis unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset glorianus ²⁾: Solem præ jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis; in umbra igitur, inquit, pugnabimus. C. Tusc. I, 101.

Philippo regi, cum is pervenisset in agros Lacedæmoniorum, scripsissetque ³⁾, utrum vellent se venire hostem ⁴⁾, an amicum? responderunt; neutrū,

Cum e Thebanis militibus quispiam, qui vi derat Lacedæmonios per angustias montium adventare, dixisset Pefopidae: incidimus in hostes; dic potius, inquit, in nos illi.

Cuidam dicenti, maximum ⁵⁾ esse numerum hostium: Laço respondit: Tanto major erit gloria nostra.

96 Cum Thebani, divictis ad ⁶⁾ Leuctra Lacedæmoniis, ad ipsum ⁷⁾ venissent Eurotam, et quidam gloriabundus dixisset: Ubi nunc Lacones? Spartanus quidam ab illis captus: Non adsunt, inquit, alioqui vos huc non venissetis.

Lacæna quædam cum filium in proelium mississet, et intersectum audisset: idcirco, inquit, genu-

1) en af Soldaterne, eller, en Soldat. 221.
224. Nota 2. 2) prælede og sagde, 402. 3) ikke, scriberet, 607. 4) 127. 5) 669. e. 6) 167. Nota. 7) 686. b.

genueram ¹⁾, ut esset ²⁾, qui pro patria mortem non dubitaret occubere. C. Tusc. I, 102.

Alexander audiens, Darium, Periarum regem, innumerabiles parare militum copias, respondit: unus lupus non timet multas oves.

SALSE DICTA.

Anacharsis exprobrianti cuidam Attico, quod natus esset in Scythia: mihi, inquit, probro ³⁾ est patria, tu patriæ.

Lælius, cum ei quidaut malo genere natus diceret, indignum ⁴⁾ esse suis majoribus. At hercule, inquit, tu tuis dignus. C. de Or. 2, 286.

Siculus quidam, cui prætor Scipio patronum ⁵⁾ causæ dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed tammodum stultum: Quæso, inquit, prætor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis ⁶⁾. G. de Or. 2, 280.

Cum Abderitarum legatus apud Agidem ⁹⁾ multa locutus, vix dicendi finem reperisset, rogaretque postea, quid civibus suis esset renuntiaturus? Agis, illud, inquit, renuntia; quantum temporis tibi fuerit opus ad dicendum, tantum mihi ad audiendum.

1) gignō. 2) sc. aliquis. 567. 3) 262. 4) 333. 5) 321. 6) behøver du at give. 606.

Diogenes aliquando lucernam accensam gestans ambulabat in foro clarissima luce, quærenti similiis. Rogantibus, quid ageret? hominem, inquit, quæro.

Idem percontanti, cur medicis multum largi-
rentur homines, philosophis non item? quoniam
inquit, persuasum habent, citius futurum¹⁾, ut
claudi cœcive fiant, quam philosophi.

⁹⁹ Idem cum videret, Megarensum liberos nullis bonis artibus instrui, cum²⁾ pecorum curam diligentem haberent, dicebat: malle se Megaren-
sis alicujus arietem esse, quam filium.

Phocion Demostheni dicenti: occident te,
Phocion, Athenienses, si quando³⁾ cooperint
infanire, et te, inquit, si ad sanam mentem re-
dierint⁴⁾.

Samiorum legatis, longa oratione usis, respon-
derunt Spartani: prima sumus oblitis; postrema non
intelleximus, quia prima non meminimus.

Orator quidam malus cum in epilogo misericordiam se⁵⁾ móvisse putaret, postquam assedit
rogavit Catulum, videreturne misericordiam mo-
ville: ac magnam quidem, inquit, neminem enim
puto esse tam durum, cui non⁶⁾ oratio tua mife-
randa visa sit. C. de Or. 2, 278.

¹⁰⁰ Ille solum legatis, paulo serius⁷⁾ Tiberium
de morte Drusi filii consolantibus, irridens, se
quo-

¹⁾ 180. ²⁾ 460. ³⁾ fōt aliquando. ^{566.} ⁴⁾ Fūt. exact,
612. ⁵⁾ 546. ⁶⁾ iffe, quin. ^{765.} ⁷⁾ 209.

quoque, respondit, vicem eorum dolere, quod¹⁾ egregium civem Hectōrem amīſſent. Effluxerant autem tum plus quam mille anni a²⁾ morte Hectoris.

Demōnax, cum³⁾ videret quendam, veste sua gloriantem, prehensa⁴⁾ veste: atqui, inquit, hoc ante te ovis gestabat, et ovis erat.

Aristippus cuidam glorianti, quod multum bibens⁵⁾ non ineibriaretur; hoc, inquit, etiam mulus potest.

Peregrinus quidam, Spartæ commōrans, altero pede stans rectus, ad Laconem dicebat: non crēdo, te tantum temporis, quantum ego, pede uno stare posse. Lacon: minime, inquit, sed ex anseribus nullus est, qui hoc non possit⁶⁾. xer

Crates philosophus cum vidisset adolescentem in secessu ambulantem⁷⁾, interrogavit, quid illic folius faceret? mecum⁸⁾, inquit, loquor. Qui Crates: cave, inquit, ne⁹⁾ cum homine malo lo-
quaris.

Accessit ad Aristippum philosophum pater-
familias¹⁰⁾ rogavitque, ut filium suum susciperet
erudiendum¹¹⁾. Quum vero ille pro mercede
petiisset quingentas drachmas; pater deterritus
pretio, quod ignaro avaroque homini nimium

vide-

¹⁾ iffe Accuf. c. Inf. 176. ²⁾ fidēn. 716. ³⁾ iffe, cum Demonax. 639. ⁴⁾ 429. ⁵⁾ 401. ⁶⁾ iffe, possit. 620.
⁷⁾ 415. ⁸⁾ 114. Nota 1. ⁹⁾ iffe, ut non. 760. ¹⁰⁾
14. b) 11) 405.

videbatur: tanti¹⁾), dixit, emere mantcipium possum. Tum philosophus: *Eme*, inquit, et habebis duō.

Quidam conspecta tabula, quæ in pictura trucidatos ab Atheniensibus Spartanos repræsentabat: fortes, inquit, Athenienses. Id Lacon audiens subjicit: *in tabula:*

¹⁰² Cicero Fabiæ Dolabellæ dicenti, se triginta annos habere: *verum est*, inquit, *nam hoc jam ante viginti annos audivi*.

Demetrius cum Megaram occupasset, et abductis omnium civium servis, Stilponi philoso pho diceret: civitatem velstram liberam vobis relinquo; *verum est*, inquit Stilpon, *nullum enim in civitate servum relinquas*.

Themistocles fertur Seriphio cvidam in iugio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patris gloria splendorem affecutum: *nec hercule*, inquit, *si ego Seriphius essem*; *nobilis*; *nec tu*, *si Atheniensis esses*; *clarus unquam fuisses*. C. Sen. 8.

¹⁰³ Cum laessisset teñis Silus Pisonem, quod se illi eum audisse dixisset: *Potest fieri*, inquit Crassus, *Sile*, *ut is, unde²⁾ te audisse dicis, fratus dixerit*. Annuit Silus: *Potest etiam*; *ut tu non³⁾ recte intellexeris*. Id quoque toto capite annuit,

ut

1) for saa mænge Ængæ. 246. 2) for a quo. 719.
3) ut non, iffe, ne. 761.

ut se Crasso daret. *Potest etiam fieri*, inquit, *ut omnino, quod te audisse dicis, nunquam¹⁾ audieris*. Hoc ita præter²⁾ exspectationem accidit; ut testem omnium risus obrueret. C. de Or. 2, 285.

Pausanias e patria profugum cum Tegæ laudet Lacedæmonios, cuidam dicenti³⁾: cur igitur non mansisti⁴⁾ Spartæ⁵⁾, sed fugere maluisti? *Quoniam*, inquit, *nec⁶⁾ medici apud sanos, sed apud ægrotos versari solent*.

Cum, Tarento amissis⁷⁾, arcem tamen Livius ¹⁰⁴ Salinator retinuissest, et aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset, opera sua se Tarentum recepisse; *quidni*, inquit, *meminerim?* *nunquam enim recepissim, nisi tu perdidisses*. C. de Or. 2, 273.

Miser poëta prælegerat Theocrito versū suos. Tum interrogabat: quosnam maximè approbaret? *quos omisisti*, respondit.

Anacharsis, cum concioni populi Atheniensis intersuisset: *Mirari se*, dixit, *quod⁸⁾ apud Græcos verba facerent sapientes, stulti vero judicarent*.

Patrono malo, cum vocem in dicendo obtusisset⁹⁾, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet, simul ac domum redisset: *Perdam*, inquit, *vocem, si id fecero¹⁰⁾*; *Melius est*, inquit, *quam reum*. C. de Or. 2, 282.

1) ut nunquam, iffe, ne unquam. 758. 2) 762. 3) 402.
4) maneo. 5) 167. 6) 787. 7) 423. 8) 181. 9) ek-
tundo. 10) iffe, facio. 612.

§. 5.

JOCOSE DICTA.

105

Lepidus, cum, ceteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset ¹⁾: *vellem, hoc esset, inquit, laborare.* G. de Or. 2, 287.

Nasica cum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ²⁾ ostio querenti Ennium ancilla dixisset, domini ³⁾ non esse: Nasica seruit, illam domini iussu dixisse, et illum iactus esse. Paucis post diebus ⁴⁾ cum ad Nasicam vénisset Ennius, et eum a janua quereret, exclamat Nasica, *te domi non esse.* Tum Ennius: *quid? ego non cognoscō vocem, inquit, tuam?* Hic Nasica: *homo es impudens. Ego cum te quererem, ancilla tua credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?* ib. 275.

106 Diogenes projici se post mortem iussit inhumatum ⁵⁾. Tum amici: volucribusne et seris? Minimie vero, inquit, sed bacillum ⁷⁾ propter me, quo abigam, ponitote ⁸⁾. Qui ⁹⁾ poteris? illi ¹⁰⁾, non enim senties. Quid igitur mihi, inquit, *ferarum laniatus oberit* ¹¹⁾, *nihil sentienti* ¹²⁾? C. Tusc. 1, 104.

Idem animadvertis quendam imperite jaculari, proxime ¹³⁾ scopum confedit, et cum ex eo quereretur, cur id faceret? *ne forte, inquit, ille me feriat.*

Idem

¹⁾ recumbo. ²⁾ 719. ³⁾ 171. Nota 5. ⁴⁾ 304. ⁵⁾ illis, ipse. 562. ⁶⁾ 435. ⁷⁾ 29. ⁸⁾ 518. ⁹⁾ 705. ¹⁰⁾ sc: respondent. 809. ¹¹⁾ obscurum. ¹²⁾ 398. ¹³⁾ 296.

Idem aliquando Myndum ¹⁾ profectus, cum videret portas amplas ac magnifice extortas, cum ²⁾ oppidum esset exiguum: *viri, inquit, Myndenses, claudite portas, ne urbis vestra egrediatur.*

Cicero Julianum Curtium, quo ³⁾ junior videre ¹⁰⁷, tur, multa de annis ætatis suæ mentientem, ita redarguit: *ego vero, inquit, tum, cum ⁴⁾ una declarabamus, nondum eram natus.*

Maximo Consule mortuo die Decembri ultimo, Cæsar consulem hora septima in ⁵⁾ reliquam partem diei renuntiaverat ⁶⁾ Caninium. Quem ⁷⁾ cum plerique irent salutatum ⁸⁾ de more: *festinamus* ⁹⁾, inquit Cicero, *prius quam abeat* ¹⁰⁾ magistratu. De eodem Caninio scripsit Cicero: *fuit mirica vigilantia* ¹¹⁾ *Caninius, qui* ¹²⁾ *suo toto consulatu somnum non viderit.*

Bias navigabat aliquando cum hominibus improbis. Cum vero, tempestate exorta, navis quateretur fluctibus, atque isti invocarent deos: *silete, inquit, ne vos hic illi navigare sentiant.*

Dionysius cum ad Peloponnelum classem appulisset, et in sanum venisset Jovis Olympii; aureum ei detraxit ¹³⁾ amiculum grandi pondere, dicens: *estate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum;* eique laneum pallium injecit, cum ¹⁴⁾ id esse ¹⁵⁾ ad omne anni tempus diceret. C. N. D. 3, 83.

E s

Idem

¹⁾ 165. ²⁾ 480. ³⁾ 137. ⁴⁾ 482. ⁵⁾ 303. ⁶⁾ 316
⁷⁾ 525. 655. ⁸⁾ 351. ⁹⁾ 467. ¹⁰⁾ 337. ¹¹⁾ 234. Nota.
¹²⁾ 509. ¹³⁾ 786. ¹⁴⁾ 462. ¹⁵⁾ sc. aptum.

109 Idem Aesculapii Epidaurii barbam auream demi jussit: *Neque¹⁾ enim convenire, barbatum esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis esset.*

C. N. D. 3, 83.

Idem Victoriolas aureas, et pateras coronas que, simulaeorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, *eaque se accipere, non auferre dicebat: Effe enim stultiam, a quibus²⁾. bona precaremur, ab iis porrigentibus³⁾ et dantibus nolle sumere.* ib. 84.

Quum inter duo scelestos judex esset Philippus Macedoniae rex, audita causa pronuntiavit, *ut alter e Macedonie fugeret, alter illum insequeretur. Quo⁴⁾ faceto judicio utrumque exulem esse jussit.*

Quidam amico obviam factus dicebat: *in somno te visum⁵⁾ allocutus sum, Gui ille: da mihi veniam, quod non auscultaverim.*

§. 6.

ACUTE DICTA.

xix

Quidam interroganti, ubi Deus esset? respondit: *dic prius, ubi Deus non sit⁶⁾?*

Aristippus roganti, qua re differret sapiens ab indocto? *Mitte, inquit, utrumque nudum ad homines ignotos, et videbis.*

Anti-

1) *for non enim.* 660. *stilus relat.* 515. 2) 638. 3) 398. 4) *for hoc.* 655. 5) 402. 6) 156.

§. 6. Acute dicta.

69

Antisthenes interrogatus, quamobrem divites non adirent⁷⁾ eruditos ac sapientes viros, sed hi illos⁸⁾ respondit: *quoniam eruditi sciunt, quæ sibi²⁾ defint, illi nesciunt.*

Plato interrogatus, quidnam interesset inter prudentem et imprudentem⁹⁾ respondit: *quod inter medicum atque³⁾ ægrotum.*

Solon interrogatus, quid esset lex? respondit: *tela aranearum, in quam⁴⁾ si muscæ leviores⁵⁾ et culices incidunt, retinentur, si vero vespæ aut apes; ea disrupta⁶⁾ avolant.*

Pythagoras roganti cuidam, quomodo oporteat⁷⁾ fe gerere erga patriam ingratam? *ut erga matrem,* respondit.

Socrates cuidam querenti, quod peregrinationes sibi nihil profuerint: *nihil mirum, inquit, tecum enim peregrinabar.*

Antisthenes rogatus, quid emolumenti⁸⁾ ceperisset ex philosophia? *ut mecum, inquit, loqui possim.*

Nicocles medicos felices prædicabat, *quod successus eorum sol intueretur, errores terra operiret.*

Diogenes prodigum quendam conspiciens, oleas in deversorio edentem: *si sic prandies, inquit, non ita coenares.*

Argivo

1) 309. 2) 546. 3) iste, ac. 754. 4) quæ muscæ retinentur, si in eam. 535. 5) 208. 6) 429. 7) 323. Nota. 8) 233.

Argivo quodam dicente: multa sunt apud nos Spartanorum sepultra; Lacon excipiens: *Atqui Argivorum*, inquit, *apud nos nullum est*. Eodem modo Antalcidas Lacèdæmonius cùdam Atheniensi sic apud ipsum glorianti: *nos sèpenuméro vos a Cephiso propulimus*¹⁾, *sed nos*, inquit, *vos nunquam ab Eurota*.

Cum quidam Atheniensis filium adolescentulum ad Socratem misisset, ut indolem illius inspireret, ac pædagogus diceret: pater ad te, o Socrates: misit filium, ut eum videres; tum Socrates: *loquere igitur*, inquit, *adolescens, ut te videam*.

113 Publium Scipionem²⁾ dicere solitum scriptit Cato, *nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nec minus*³⁾ *solum, quam cum solus esset*. C. Off. 3, 1.

Sophista quidam, ostentatus apud Diogenem acumen ingenii, ita ratiocinatus est: *Quod ego*⁴⁾ *sum, tu non es*. Cum annuisset Diogenes: *ego, inquit, sum homo, tu igitur non es*. Tum Diogenes: *a me, inquit, incipe, et recte collegeris*⁵⁾.

Mercator quidam cum interrogaretur, quomodo fibi parasset divitias? *Magnas*, inquit, *haud difficulter, exiguas vero cum labore ac tarde*.

Bias

1) propello. 2) ille, de Scipione scriptit, eum solitum. 3) sc. nunquam. 4) ego og tu max ille her udes lades. 5) for colliges. 613. Nota 2.

Bias interrogatus, quod¹⁾ esset animal omnium maxime noxiūm²⁾? *Si de feris, inquit, per conturis, iyrannus: si de cicuribus, adulator*.

Anacharsis rogatus, quid esset in homine pes simum, et quid optimum? respondit: *lingua*.

Diogenes quærenti, quid apud homines celer time³⁾ senesceret? *Beneficium*, inquit.

Orator quidam Aristippum reum defendit in judicio, vicitque litem. *Is cum velut artem suam præferens philosophiæ, diceret: quid tibi profuit Socrates, Aristippe?* *Hoc*, inquit, *ut oratio, quam pro me habuisti, vera fuerit*.

Antisthenes audiens, ab improbis quibusdam¹¹⁵ se esse laudatum: *veror*, inquit, *ne*⁴⁾ *quid imprudens malí fecerim*.

Cum Thales interrogaretur, quid esset omnium vetustissimum? respondit: *Deus, quod nunquam esse coepit*. Quid esset pulcherrimum? respondit: *Mundus, est enim opus Dei, quo*⁵⁾ *nihil est pulchrius*. Quid maximum? *Locus, capit enim omnia*. Quid velocissimum? *Mens, discurrit enim per omnia*. Quid robustissimum? *Necessitas, fave fatum; superat enim omnia*. Quid sapientissimum? *Tempus, invenit enim omnia*.

Cleanthes quærenti, quomodo quis dives evadere posset? respondit: *si cupiditatum fuerit inops*⁶⁾.

1) ille, quid. 32. Num. 2. 2) 41. 2). 3) 40. Nota 1. 4) 142. 5) 536. 6) 229.

§. 7.

LIBERE DICTA.

116

Cum apud Philippum regem, ex vino temulentum dixisset causam mulier, fuisseque immrito damnata; se ab ejus judicio provocare, exclamavit. Ad quem ergo provocas? inquit rex iratus. *A Philippo*, respondit, *bene poto et dormitante, ad Philippum sobrium et vigilantem*. Excusuit regi crapulam et somnolentiam tam liberum mulieris responsum, et non modo ia eam non est acerbius invectus, sed etiam, causa ejus diligentius inspecta, justiorem sententiam tulit.

¹¹⁷ Anui pauperculæ, Philippum regem obseruant, ut litem suam dijudicaret, cum respondisset, sibi tempus ad ista non supereesse: Ne¹⁾ ergo sis rex, illa reposuit. Admiratus Philippus liberam vetulæ vocem, non solum ei aures præbuit, sed multam quoque jus sibi dici postulantum turbam audivit statim.

Pyrrhus rex cum audivisset, sibi a quibusdam Tarentinis maledictum, conviciatores ad se duci jubet atque interrogat: num dixerint ea, quæ de iis delata sint? Respondit unus: *diximus, o rex, et plura dicturi eramus*²⁾, si plus vini adfueret. Sic linguæ petulantiam in temulentiam rejiciens, iram regis in risum convertit.

Jus

¹⁾ iffe, non. 139. ²⁾ 617.

§. 7. Libere dicta.

73

Jus aliquando dicebat Augustus, et multos ¹¹⁸ capite damnaturus videbatur. Aderat tum Mæcenas, qui per circumstantium turbam perrumperre, et ad tribunal proprius accedere conabatur. Quod cum frustra tentasset, haec verba in tabella scripsit: *Surge tandem, carnifex!* eamque tabellam ad Augustum projectit. Qua lecta, is statim surrexit, et nemo est morte multatus.

Eleganter Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam quum rex hominem interrogasset, quo jure mare infestaret? Ille, eodem, inquit, quo tu orbem terrarum. Sed quia id ego parvo navgio facio, latro vocor¹⁾; tu, quia magna classe, imperator²⁾.

Diogenes Alexandro roganti, ut diceret, si ¹¹⁹ quid sibi opus esset, libere respondit: Nunc quidem paululum a sole. Offecerat videlicet apricanti. C. Tusc. 5, 92. Hoc auditæ Alexandrum dixisse ferunt: Nisi Alexander esset, libenter esset Diogenes.

Athenis interrogabatur reus, quam quasi aestimationem poenæ commeruisse se maxime confiteretur. Quod cum interrogatus Socrates esset, respondit, sepe meruisse, ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur; qui³⁾ honos apud Græcos maxi-

¹⁾ 579. ²⁾ sc. vocatis. 812. ³⁾ hvilket ansees for den største o. s. v. iffe quod, 554.

maximus habetus¹⁾). Cujus responso sic judices exarserunt²⁾, ut capit³⁾ hominem innocentissimum condemnarent. C. de Or. 1, 232.

120 Quum in regali folio sedéret Croesus pretiosissimis uestibus indutus, Solonem interrogavit, an quid unquam vidisset pulchrius? Gallos, inquit ille, et phasianos et pavones: naturali enim nec imitabili colore et pulchritudine fulgent.

Alexander Ephesi imaginem suam, quam Apelles, pictor illius temporis celeberrimus, piuxerat⁴⁾, contemplatus, minus laudavit picturam, quam quidem illa merébatur. Quum autem adductus equus adhinniret equo picto, quasi et hie verus esset equus, Apelles: o rex, inquit, equus tuus artis pingendi peritior⁵⁾; quam tu, esse videtur.

§. 8.

DICTA VARIA.

321

Anaxagoram ferunt, nuptiata morte filii, dixisse: /ciebam, me genuisse⁶⁾ mortalem. C. Tusc. 3, 30.

Antimachus poëta cum convocatis auditoribus legeret volumen suum, et eum legentem⁷⁾ omnes, præter Platonem, reliquissent: Legam, inquit, nihil minus: Plato enim mihi unus instar est omnium. C. Brut. 191.

Solon

1) 216. 2) exardeſeo. 3) 249. 4) pingo. 5) 227. 6) signo. 7) under Læſningens for imedens. 394.

§. 8. Dicta varia.

75

Solon cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisse in eum, qui parentem necessaret⁸⁾ respondit, se id neminem facturum putasse. C. S. Rosc. 70.

Illud⁹⁾ laudatur Archytæ, qui cum villico factus esset iratior¹⁰⁾: quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? C. Tusc. 4, 78.

Socrati cum multa multi, pro suis quisque¹¹⁾ facultatibus offerrent, Aeschines pauper auditor: Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, inventio: et hoc uno modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum¹²⁾ habeo, me ipsum. Hoc munus, rogo, qualecumque est, boni consulas, cogitesque, alios, quum¹³⁾ multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: Quidni tu, inquit, mili magnum munus dederis, nisi forte parvi te afflitas? Habebo itaque curæ, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi.

Marcum Catonem in balneo quidam percussit¹⁴⁾ imprudens. Quis enim illi sciens faceret injuriam? Postea satisfacienti Cato: Non memini, inquit, percussum me.

Commissarii quidam cum in uxorem Pisiſtrati incidissent, multaque proterve et fecissent et dixissent; postero die facti veniam a Pisiſtrato petierunt. Quibus ille respondit: Vos postea magie studete

1) sc. dictum. 2) 208;c). 3) 635. 4) for unum, quod habebo. 150. 5) 451. 6) percusſio.

studete¹⁾ modestiae: mea vero uxor heri nusquam prodiit.

Duo milites proxime regium tabernaculum male de Antigono loquebantur. Rex omnia audierat, cum inter ipsum et milites nihil, nisi palla interesset, quam ille leniter commovit, et, longius saltem, inquit, *discedite, ne rex vos audiat.*

Gorgo, Cleomenis regis filia, cum videret Aristagoram a famulo calciari: *Quid?* inquit, *hōspes iste manus non²⁾ habet?*

¹²⁴ Manicius hortanti filio, ut locum idoneum paucoru*m* i. e. cura hostibus eriperet; *Visne tu,* inquit, *ex illis paucis esse?*

Theocritus ludimagistrum quendam male pronuntiantem rogabat: cur geometriam non doces? Respondenti: quoniam ignoro; *quid tum?* inquit, *nam legere quoque nescis.*

Theodoro philosopho cum Lysimachus rex crucem minaretur: *Istis, quæso,* inquit, *ista horribilia minitare purpuratis tuis;* *Theodori quidem nihil inter est³⁾,* humine, *an⁴⁾ sublime putrefact.* C. Tusc. I, 102.

Cuin quidam apud Agesilaum admiraretur regis Perfarum felicitatem, qui admodum juvenis esset: nec Priamus quidem⁵⁾, inquit, *cum id⁶⁾ esset ætatis, erat infelix.*

Eun-

1) 270. 2) iffe, nullas 712. b). 3) 553. 4) 161. 5) 632. 6) 234. Nota 2.

Eundem cum hortaretur quidam, ut audiret¹²⁵ hominem, qui mira arte lusciniae vocem imitaretur, recusavit: *frequenter, inquiens, ipsam audivi lusciniam.*

Aristippus percontanti Dionysio, cur venisset in Siciliam, relichto¹⁾ Socrate? *Ut, inquit, quæ habeo, imperiam; quæ non habeo, accipiam.*

Antigonus Philippo filio multis praesentibus querenti, quando castra moturus esset? *Ecquid²⁾,* inquit, *times, ne solus tubam non³⁾ sis auditurus⁴⁾?*

Biantis, sapientis illius patriam Prieneum cum cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa defuis rebus secum asportarent; cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse ficeret: *Ego vero,* inquit, *facio. Nam omnia mea mecum porto.* C. Parad. I, 2.

Socratem ajunt, colapho percussum, nihil amplius dixisse, quam, *molestem esse, quod nescirent homines, quando cum galea prodeuudum esset.*

Idem alio tempore, mirantibus amicis, quod a protervo quodam homine calce impeditus, patienter tulisset: *Quid?* inquit, *sie me asinus calcitrajet, num illi diem dixisse?*

Idem ajebat, *qui res præcœces magno⁴⁾ emerent, eos desperare, se ad⁵⁾ tempus maturitatis esse victuros⁶⁾.*

Ari-

1) 429. 2) 158. Nota 3. 3) ne non for ut. 143. 4) 345. 5) 721. 5). 6) vivō.

Aristippus cum aliquando Dionysium implorasset amici causa¹⁾, nec ille preces admisisset, prostratus coepit amplecti pedes regis et rem impetravit. Id factum cum quidam velut abjectius, quam quod²⁾ philosophum deceret³⁾, reprehenderent: *Non ego, inquit, sum in culpa, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus.*

127 Rumor incerto auctore⁴⁾ obortus erat de morte Alexandri, moxque oratores profiluerunt, hortantes, ne cunctarentur Athenienses, sed illico bellum susciperent. Phocion exspectare iussit, donec certius aliquid cognosceretur. *Nam si, inquit, hodie mortuus est, et cras et perendie mortuus erit.*

Socrates cum rogaretur, cujatem se esse dicere? *Mundanum*, inquit; totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur⁵⁾. C. Tusc. 5, 108.

Aristoteles cum accepisset, quendam in ipsum dixisse convicia: *Absentem, inquit, vel⁶⁾ loris cedat⁷⁾.*

128 Sapientissimus Socrates dicebat, *scire se nihil, praeter hoc ipsum, quod nihil sciret; reliquos hoc etiam nescire.* C. Acad. I, 16.

Lacedæmonë cum tyrannus coenavisset Dionysius, negavit⁸⁾ se jure illo nigro, quod coenæ caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat⁹⁾:

mini-

1) 220. 2) 502. 3) 322. 4) 440. 5) 320. 6) 769. 4.
7) 467. 8) 785. 9) coquo.

minime mirum; condimenta enim defuerunt. Quæ tandem? inquit ille. *Labor in venatu, sudor, cursus ad¹⁰⁾ Eurotam, famæ, sitis. His enim rebus²⁾ Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* C. Tusc. 5, 98.

Cato percussus a quodam, qui arcam ferebat, cum ille diceret: *cave! rogavit, num quid³⁾ aliud ferret præter orcam?* C. de Or. 2, 279.

Anaxagoras cum Lampæci moreretur, quærentibus⁴⁾ amicis, velle nete Clazoménas in patriam, si quid ei accidisset, afferri: *Nihil necesse est, inquit, Undique enim ad inferos tantundem⁵⁾ via est.* C. Tusc. I, 104.

Socratem ferunt⁶⁾, cum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsumumque⁷⁾ esset ex eo, quare id faceret? respondisse, *se; quo⁸⁾ melius coenaret, obsonare ambulando⁹⁾ famen.* C. Tusc. 5, 97.

Idem cum admoneretur ab amico, quod acceperurus¹⁰⁾ hospites admodum tenuem fecisset apparatus: *Si boni sunt, inquit, satis erit; si minus¹¹⁾, plus¹²⁾ satis.*

Cum ex Aristippo quæreretur, quomodo Socrates diem obiisset? *ut ego, inquit, optarim.*

Qui-

1) 1720. b). 2) Fanogasæ oplosæs, i. to commata; hæ funest, quibus. 799. 3) 565. 4) 429. 5) 932. 6) 675.
7) 577. 8) 137. 9) 378. 10) 398. 11) 475. 12) sc. quam.

130 Quidam servo, qui, dum puniretur, dicebat: non volens peccavi, non volens tgitur, inquit, pœnas dato.

Diogenes cuidam, ad ostentationem ingenii multa de rebus cœlestibus disserenti: Quando, inquit, de cœlo venisti?

Anacharsis interroganti, quæ naves essent tu-tissimæ? quæ, inquit, in secum protractæ sunt.

Alcamenes rogante quodam, cur a Messeniis oblata munera recusasset? Quia, inquit, si accipissim, cum legibus pacem habere non poteram.

Gorgias orator, jam ætate consecutus ac morti proximus, rogatus, num libenter moreretur? maxime vero, inquit, Nam tanquam ex putri misera-que domo latet¹⁾ egredior.

131 Cum tyrannus Hiero quæsivisset²⁾ de Simonide, quid Deus esset, deliberandi causa³⁾ sibi unum diem postulavit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit. Cum saepius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret? quia, quanto⁴⁾, inquit, diutius confidero, tanto mihi res videtur obscurior. C.N.D. 1, 60.

Bias nihil respondit homini impio, percontanti, quid esset pietas. Quumque ille sciscitaretur causam silentii: Tace, inquit, quia de rebus nihil ad te pertinentibus quæris.

Alexan-

1) 675. 2) 482. 3) 366. 4) 202,

Alexander jufferat⁵⁾ quæstorem dare Anaxarcho philosopho⁶⁾, quantum ille postulasset. Cumque quæstor audita⁷⁾ postulatione turbatus⁸⁾, Alexandro indicasset, philosophum petere centum talenta, recte, inquit, facit, sciens⁹⁾, se amicum habere, qui tantum dare et¹⁰⁾ possit¹¹⁾ et velit.

Socrates cum videret, Alcibiadem ob divitias elatum animum gerere, et agrorum multitudine superbire, adduxit ad locum, ubi tabula, descriptionem terræ complectens, suspensa erat, eumque rogavit, ut Atticam terram ibi requireret. Quam cum reperisset, suos fundos eum jussit inquirere, et cum respondisset, nusquam ibi pictos esse; horum igitur, inquit, possessione te effers, qui nulla pars sunt terræ?

Idem cum statuarios summo studio in hoc in-cumbere videret, ut lapis quam simillimus¹²⁾ homini redderetur; se mirari, inquit, quod¹³⁾ non pari studio curarent, ne ipsi lapidibus similes vide-rentur.

Aristippus, cum famulus in itinere pecuniam gestans onere premeretur: Abjice, inquit, quod nimium est, et fer, quod potes.

Dioge-

1) 191. 2) sc. tantum. 806. 3) da han hørte fortællingen og. 499. 4) med Bestyrkelse. 409. 5) 400. 6) 128. 7) 470. 497. 8) 40. Neta 1. 205. Nota 3. 9) 181.

Diogenes conviciant sibi: *at nec mihi, inquit, credit quisquam te laudanti*¹⁾, *nec tibi, me vituperanti.*

Agesilaus, patre postulante, ut in quodam iuridicio sententiam legibus adversam ferret: *A te, mi pater, inquit, jam inde a pueritia edocitus sum, legibus parere. Itaque etiam nunc tibi obtemperabor nihil in leges peccando*²⁾.

Simonides poëta, fatus ea, quæ ipſi³⁾ cum
134 Theomistoche erat, familiaritate, petuit ab eo aliquid⁴⁾ injuſti. Quod⁵⁾ negans⁶⁾ Theomistocles, dixit ei: *Neque tu, o Simonides, bonus poëta fueris*⁷⁾, *si carmina contra poëticæ artis leges condideris; neque ego bonus magistratus, si quid contra patriæ leges tua causa*⁸⁾ *fecerim.*

Dionem, e convivio redeuntem⁹⁾, maledicuſ quidam infectabatur, nulla non¹⁰⁾ convicia in eum fundens. Tacebat interea Dion. Gui jam domum ingressuro¹¹⁾ cum¹²⁾ conviciator dixisset: Nihilne ad hæc respondes? *Nihil prorsus*, inquit Dion.

135 Socrates interrogatus, quinam homines tranquille viverent? *Qui*, inquit, *nullius turpitudinis sibi consciit*¹³⁾ *sunt.*

Quum

1) 308. 2) 379. 3) 268. 4) 233. 5) 655. 6) 402.
7) du vilde være. 606. 8) 220. Nota. 9) ifſer, Dione redeunte, in sectabatur eum. 442. Ann. 2.
10) 773. 11) 392. 12) og forði participium allerede er opført ved da. 13) 227.

Quum Pomponius Marcellus ex oratione Tiburii aliquid reprehendisset, quasi minime Latinum, affirmaretque contra Atejus capito: et esse illud Latinum, et si non¹⁾ effet, futurum; *Certe mentitur Capito*, inquit Pomponius, *tu enim, Cæsar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes.*

Eucritus quærenti ex eo, uter²⁾ esse mallet: Croesus an Socrates³⁾ respondit: *vivus*³⁾ *malleum effe Croesus, moriens autem Socrates.*

Cum Aristoteles interogaretur, quid ex philosophia lucratus effet? *hoc*, inquit, *ut sponte faciam*⁴⁾, *qua plerique legum*⁵⁾ *metu exsequuntur.*

Cum fur quidam, se excūſans⁶⁾ Demostheni, diceret: *neſcibam, tuum hoc esse; at tuum non esse, satis ſciebas*, respondit.

Anacharlis rogatus, quid homini effet maxime inſellum? *ipſe*, inquit, *sibi ipſi.*

Phocion ab Antipatrō rogatus, ut neſcio quid injuſti faceret; *non potes*, inquit, *ſimul me amico et adulatore uti*⁷⁾.

Pisistratus, cum conviva bēne potus ei male-
dixisset, irritantibus⁸⁾ amicis ad poenam de conviva ſumēdam⁹⁾, dixisse fertur: *Non magis*¹⁰⁾ *illi succenſeo*¹¹⁾, *quam si quis obligatis oculis in me incurriſſet.*

F 2

Cum

1) ifſer, nif. 477. 2) ifſer, quis. 571. 3) 672. c. 4) her ifſer, facerem. 625. 5) for Loveien. 103. 6) 292. 3) 393. Nota 2. 8) og; forði da gaaer allerede i forveien. 9) 375. 10) 210. 11) 270.

Cum quidam generis obscuritatem Iphicrati objiceret, quod patre fatore natus esset: *Meum, inquit Iphicates, genus a me habet originem, tuum vero inter definit.*

Democritus interrogatus, in quo consideret nobilitas? respondit: *pecudum nobilitas in valido corpore, hominum autem in bonitate morum.*

¹³⁸ Homo quidam supersticiosus reperit caligas suas a soricibus arrosas. Hoc ostento turbatus consuluit ¹⁾ Catonem, quid mali portenderet? Ille vero: *Non est, inquit, ostentum, quod sorices arroserunt caligas; at vero si caligae arrofissent sorices, id fuisset ostentum.*

Aesopus ob deformitatem ab aliquo culpatus: *Non forma, inquit, sed mens adspicienda est.*

Aristippus cuidam, de multiplici eruditione glorianti, dixit: *Quemadmodum non ii, qui plurimum edunt, melius valent his, qui sumunt, quantum opus est; ita non, qui plurima, sed qui utilia sciunt, eruditii sunt habendi.*

¹³⁹ Solon interrogatus, qua ratione salva posset esse civitas? respondit: *si cives obtemperent magistratus suis, magistratus autem legibus.*

Aristoteles cuidam de eo glorianti, quod ²⁾ magna celebrique civitate esset ortus, dixit, *hoc nihil referre, sed an celebri patria dignus est.*

Puellam

1) 285. 2) quod maxima stasse her. 176.

Puellam Lacenam auctione vendendam, licitor quidam adiit, dicens: *Quid? num proba futura es, si te mercatus fueris?* *Etiam, inquit illa, si tu non fueris mercatus.*

Anniceris Cyrenaeus magnifice de se sentiebat ¹⁴⁰ ob artem equitandi et curruum regendorum ²⁾ peritiam. Ut igitur specimen artis Platoni exhiberet, juncto currū multos cursus circumegit in Academia, sic servans primam orbitam, arenæ impressam a rotis, ut ne tantillum quidem ab ea declinaret. Obslupuere omnes rei miraculo, et aurigam ad cælum laudibus extulere ³⁾. Uni ⁴⁾ Platoni talis peritia reprehensione potius, quam gloria digna visa est, isque dixit: *Fieri non posse* ⁵⁾, ut, qui curam impendere adeo diligentem rebus tam exilibus et nullius utilitatis ⁶⁾, ea non ⁷⁾ negligeret, quæ essent multo potiora, et vere digna admiratione.

1) 612. 2) 368. 3) effero. 4) Han ogsaa opføres i to kommata: Plato unus sicut, cui. 799. 539. 5) 698. 6) 236. 7) ut non hunde her ogsaa hedde quia. 762.

CAPUT III.

NARRATIUNCULAE.

I.

¹⁴¹ Damon et Pythias, Pythagorei, tam fidelem inter ¹⁾ se amicitiam junxerunt, ut mori parati essent alter pro altero. Cum eorum alteri ²⁾ Dionysius tyranus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset ³⁾, paucos sibi dies ad res suas ordinandos postulavisset; vas factus est alter ejus fistendi ⁴⁾, ut, si ille non ⁵⁾ revertisset ⁶⁾, moriendum esset ipse ⁷⁾. Omnes igitur, et imprimis Dionysius, novae atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, unusquisque stultitiae tam temerarium sponsorem condemnabat ⁸⁾. At vero cum alter ad diem ⁹⁾ se recepisset, admiratus eorum fidem tyranus, supplicio liberavit eum, qui morte erat plectendus ¹⁰⁾, ac petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. C. Off. 3, 45.

II.

¹⁾ 750. Nota. ²⁾ 221. ³⁾ 472. ⁴⁾ 368. ⁵⁾ si nouille, nisi. ⁶⁾ ille, reverteret, thi dette hedder egentlig kun at være i færd med at reise tilbage. ⁷⁾ 369. ⁸⁾ 249. ⁹⁾ 725. ¹⁰⁾ 68.

II.

Quum Attica regio ferro ignique vastaretur a ¹⁴² Doriensium exercitu, rex Atheniensium Codrus, suis suorumque viribus diffidens, ad Apollinis Delphici oraculum consūgit, perque legatos sciscitatus est, quonam modo tam grave belum averti posset? Respondisse deus fertur, ita ¹⁾ finem ei fore, si rex ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non solum in totis Atheniensium, sed etiam in hostiam castris percrebuit. Unde factum est, ut ediceretur, ne quis ²⁾ Codri corpus vulneraret. Id ³⁾ postquam cognovit, depositis ⁴⁾ insignibus imperii, famularem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese objecit, unumque ex his salce percussum, in cædēm suam compulit. Cognito regis corpore, Dorientes sine proelio discedunt. Atque ita Athenenses virtute ducis, pro salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur. Quis Codrum non miretur ⁵⁾, qui ⁶⁾ iis artibus mortem quæsierit, quibus ab alijs vita quæri ⁷⁾ solet?

III.

Hospes quidam publice dicebat, se velle cum Dionysio privatim colloqui: demonstraturum enim, quomodo posset facire, quinam ipu molirentur infidias. Rex admisit hominem, jussitque dicere, femotis ⁸⁾ arbitris. At ille: da mihi, inquit, talentum,

¹⁾ 710. b. ²⁾ 757. ³⁾ 657. ⁴⁾ 429. ⁵⁾ 456. ⁶⁾ 512. ⁷⁾ 689. ⁸⁾ 433.

Ientum, ut existimeris¹⁾ a me audisse infidiorum indicia. Dedit, ac simulavit, sese audisse, admiratus hominis commentum.

IV.

¹⁴⁴ Periclem in foro publica negotia tractantem improbus et petulans homo maledictis infectabatur. Quae quum ille patienter ferret, nec ullum²⁾ adeo verbum reponeret, diem totum perseveravit insectatio. Vespere vultu gressuque placido domum reversus est Pericles, inseguente eodem nebulone, et omnibus contumeliis eum impetente. Aedes ingressurus, cum jam nox esset, uni e servis suis mandavit, ut accenso lumine hominem comitaretur ac reduceret domum.

V.

¹⁴⁵ Pyrrhi³⁾ bello maximum exemplum est jussit in hostem a Romanis constitutum. Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente; perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium sibi posuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra redditurum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum⁴⁾ curavit ad Pyrrhum: idque factum ejus a senatu laudatum est. C. Off. 3, 86.

VI.

¹⁾ man tan trœ at dn. 579. Nota. ²⁾ 654. ³⁾ med Pyrrhus. 103. ⁴⁾ 405.

VII.

Tentata est Epaminondæ abstinentia a Diome-¹⁴⁶ donte Cyziceno¹⁾. Namque is, rogatu Artaxer-
xis, Epaminondam pecunia corrumpendum suscep-
perat. Hic magno cum pondere auri Thebas
venit, et Micythum adolescentulum, quem tam
Epaminondas plurimum diligebat, quinque talen-
tis ad suam perduxit voluntatem. Micythus EPA-
MINONDAM convenit, et causam adventus Diome-
dontis ostendit. At ille, Diomedonte coram.
Nihil, inquit, *opus*²⁾ pecunia est. Nam si ea rex
vult, quæ Thebanis sunt utilia, gratis facere sum
paratus: *fin.*³⁾ autem contraria, non habet auri at-
que argenti satis⁴⁾. Namque orbis terrarum divi-
tias accipere nolo pro patriæ caritate. Te, qui me¹⁴⁷
incognitum⁵⁾ tentasti, tuique similem⁶⁾ existimasti,
non miror, tibi ignosco. Sed egredere propere, ne
alios corrumpas: cum me non potueris. Tu, Mi-
cythe, argentum huic redde: nisi id confessim facis,
ego te tradam magistratū. Hunc Diomedon cum
rogaret, ut tuto exire, suaque, quæ attulisset,
liceret efferre: *Istud*, inquit, *faciam*, neque tua
causa, sed mea⁷⁾, ne, si tibi sit pecunia ademta,
aliquis dicat, ad me eruptum pervenisse, quod dela-
tum accipere noluissim. Cum quæfisset a Diome-
donte, quo se duci vellet, et ille, Athenas, di-
fisset: præsidium dedit, ut eo tuto perveniret.

VIII.

¹⁾ 671. ²⁾ 329. ³⁾ 475. ⁴⁾ 257. ⁵⁾ 435. ⁶⁾ 263.
Nota. ⁷⁾ 220. Nota.

VII.

¹⁴⁸ Non ignorabat ¹⁾ Aristides, Themistoclem sibi diu clam, aut aperte, fuisse adversatum in administranda ²⁾ republica. Noverat quoque, se ejus maxime opera pulsum fuisse in exilium. At ostendit, quam alienus ab ulciscendo ³⁾ animus esset, quum deliberaretur de ipso Themistocle e civitate ejiciendo ⁴⁾ testarum suffragiis. Opportuna certe oblata erat expetenda ⁵⁾ vindictae occasio. Nihil tamen ab eo aut ⁶⁾ dictum aut factum est, quod nocere posset inimico. Et ut prius ei non invidebat florenti opibus et rerum gestarum gloria, sic tum noluit premere periclitantem, et eo dejecto ⁷⁾ exultare.

VIII.

¹⁴⁹ Pythagoras discipulis præcipiebat, ut ⁸⁾ ad jurandum raro ac tarde accederent, se vero dignos præberent, quibus ⁹⁾ non jurantibus ¹⁰⁾ fides habetur propter vitæ integritatem. Itaque Clinius Pythagoricus, cum trium talentorum multam jurejurando effugere ¹¹⁾ posset, maluit tantæ pecuniae dæminum facere, quam jurare, cum tamen non fuisset fallo juraturus ¹²⁾. Credidit enim Pythagoras, et qui eum secuti sunt ¹³⁾, parum plium et

1) 773. 2) 380. 3) 375. 4) 381. 5) 368. 6) 131.
Quia. 7) over hanc Galba. 409. 8) 175. 185.
9) 499. 10) 414. 11) 326. 12) 62. 618. 13) for di-
scipuli s. affecta. 697.

et religiosum esse, divinum numen advocare ob res humanas, quarum ¹⁾ plurimæ parvæ vilesque essent.

IX.

Aeternam sibi apud posteros famam paravit Proculejus paterno in fratres ²⁾ animo. Is fuit eques Romanus, Auguſti amicus patre mortuo ³⁾ patrimonium cum fratribus, Murena et Scipione, æquis partibus diviserat; at illi bello civili bonis omnibus spoliati sunt ⁴⁾. Quam calamitatem ut ⁵⁾ leniret Proculejus, facultates omnes suas cum fratribus iterum est partitus.

X.

Operæ pretium est, disceptationem audire ¹⁵¹ statrum barbarorum, non de agelli particula, non de mancipiis, non de pecore, sed de ipso Persidis regno. Quum Darius, Persarum rex, obiisset; certamen de regno ejus ortum est inter Artemenem, maximum natu ⁶⁾ filiorum ejus, et Xerxem: quod concordi animo ad patruum suum, Artaphernem, velut ad domesticum judicem, detulerunt. Qui, domi cognita causa ⁷⁾, Xerxes præposuit: adeoque fraterna contentio fuit, ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit, ipso que litis tempore alter alteri munera miserint.

Tanto

1) 222. 2) suos uidebets. 674. 3) 433. 4) 344. 5)
sive ut igitur hanc calamitatem. 525. 655. 6) 336. 7)
424.

Tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.

XI.

¹⁵² Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione: se habere consilium reipublice salutare, sed id sciri opus non esse. Postulavit, ut aliquem populus daret: quodcum ¹⁾ communicaret ²⁾. Datus est Aristides. Huic ille: classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum (portum), clam incendi posse, quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse ³⁾ esset. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna exspectatione venit, dixitque: perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem ⁴⁾ putaverunt, totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore ⁵⁾ Aristide repudiaverunt. C. Off. 3, 49.

XII.

¹⁵³ Mulieres in India, cum est cuiusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit. Plures enim singulis fident esse nuptæ ⁶⁾. Quæ est victrix, ea lata, prosequen-

1) 114. Nota 1. 2) 457. 3) 290. 4) 632. 5) paa Aristides's Ord. 438. 6) 270.

sequentibus ¹⁾ suis, una cum viro in rogam implicantur: illæ victæ, moestæ discedunt. C. Tusc. 5, 78.

XIII.

Prænestinus prætor per ²⁾ timorem segnius ³⁾ ¹⁵⁴ ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. Quem cum Papirius Cursor inambulans ante tabernaculum vocari jussisset; lictorem expedire securim jussit. Ad ⁴⁾ quam vocem examini stante Prænestino: *Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus* ⁵⁾; perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta, dimisit.

XIV.

Quum e carcere atque ipsa urbe Atheniensium ¹⁵⁵ profugisset orator Demosthenes; respexit aliquos ex inimicis citato cursu vestigia sua subsequentes, et latebras pavidus quæsivit. At illi eum sèpius nomine compellatum tandem adfecuti, oraverunt, ut, posita formidine, pecuniam acciperet, quam domo ⁶⁾ ei attulerant in viaticum et subsidium, hortantes, ne casum ferret acerbius ⁷⁾. Quibus Demosthenes: *Qui possum, iuquit, non graviter ferre, me ea urbe carere; ubi tales inimicos habeam, quales* ⁸⁾ *si amicos haberem, felicissimus effem.*

XV.

1) Ledsgaget af hendes Paarskende og Venner. 2) 739. 3) 209. 4) 721. 5) 388. 599. 6) 171. Nota 5. 7) 209. 8) 507.

XV.

156 Cūm venisset Plato ad ludos Olympicos, frequentissimum omnium in Græcia conventum: contubernium Olympiæ iniit cum ignotis hominibus, ignotus iis et ipse¹⁾. Ita vero eos cepit ac sibi devinxit, tum²⁾ morum suavitate³⁾, tum sermonibus ab omni affectatione sapientiae alienis, ut peregrini illi plurimum gauderent fortuito talis viri contubernio. Neque⁴⁾ vero Academiæ aut Socratis mentionem ullam fecit. Hoc solum illis declaravit, se Platonem appellari. Cum peractis ludi Athenas venissent, perhumaniter eos excepit. Tum hospites: *Age, inquiunt, monstrum nobis illum tibi cognominem Socratis discipulum, cuius magna ubique fama est. Duc nos in Academiam, et sis te viro, ut aliquem ex ejus quoque colloquio fructum colligamus.* At ille leniter subridens, quemadmodum solebat: *Ego vero, inquit, ille ipse sum.* Obstupeverunt illi, quod socium⁵⁾ tamdiu habuissent tantum virum, ignorantes⁶⁾: atque intellexerunt, posse eum sibi conciliare animos eorum, quibuscum esset; etiam sine consuetis illis de philosophia sermonibus.

XVI.

157 Zeuxis et Parrhasius, pictores celeberrimi, certamen artis inter se instituerunt. Zeuxis tam scite effinxit uvas, ut aves advolarent eas ab-

sumtu-

¹⁾ 557. ²⁾ 128. ³⁾ 664. ⁴⁾ 660. ⁵⁾ til Selæb.
⁶⁾ 414.

fumture¹⁾. Parrhasius detulit linteum pictum, ita veritate representata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret, tandem remoto linteo ostendi picturam. Mox intellecto errore: *Viciisti, inquit, Parrhasi. Nam ego aves fecelli, tu artificem.* Feritur et postea Zeuxis pinxit puerum, uvas ferentem. Ad quas cum advolassent aves, iratus operi dixit: *Uvas melius pinxi, quam puerum.* Nam si et hunc consummassem, aves timere debuerant²⁾.

XVII.

Poëmatis³⁾ scribendis⁴⁾ operam dabat Siciliae¹⁵⁸ tyrannus Dionysius, et magis ob carmina, quam propter res bello gestas se jactabat. Arcesserat ad se, ac præcipuo in honore habebat, quosunque⁵⁾ usquam arte poëtica nobiles esse audierat, eorumque judiciis poëmata sua subjiciebat. At illi, ne regis benevolentiam amitterent, quæ scribebat, omnia probabant ac laudabant. Aderat inter eos Philoxenus, celeberrimus dithyramborum artifex, qui unus adulari nescius⁶⁾, quum aliquando inepta a Dionysio recitata carmina audisset, de iis, quid sentiret, libere aperuit. Quia⁷⁾ liberitate offensus rex, regreheñorē suum a satelliti bus abripi, et in latomias, qui⁸⁾ publicus carcer erat, detruidi⁹⁾ jussit. Sed postridie ab amicis, Philoxeno veniam dari postulantibus, exoratus¹⁰⁾,

rufus

¹⁾ 404. ²⁾ 608. ³⁾ 25. ⁴⁾ 373. ⁵⁾ 682. 530. ⁶⁾ iffe funde og. 408. ⁷⁾ 655. ⁸⁾ 146. ⁹⁾ iffe, de trudere. 191. ¹⁰⁾ 73. 31.

turus ad epulas eum adhibuit. Carmina sua, ut solebat, ipse mirum in modum extulit, et de quibusdam versibus, quos omnium optimos exsiblalat, sententiam Philoxeni exquisivit. Ille nullo ad regis interrogationem responso reddito¹⁾, ejus satellites vocavit, seque in latomias reduci jussit. Tam facetam libertatem, quæ omnium convivium risu excepta fuerat, æquo animo tulit Dionyfius.

XVIII.

¹⁶⁰ Orator futurus imitetur illum, cui sine dubio summa vis dicendi²⁾ conceditur, Athenensem Demosthenem; in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut impedimenta naturæ diligentia industriaque superarit; cumque ita balbus esset, ut ejus ipsius³⁾ artis (*Rhetoricae*), cui studebat⁴⁾, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. Qui⁵⁾ etiam, ut memoriae proditum est, conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu, pronuntiare consuebat, neque id⁶⁾ consistens in loco, sed inambulans, atque adscensu ingrediens arduo. C. de Or. I, 260.

XIX.

¹⁶¹ Epaminondas cum viciisset Lacedæmonios apud Mantineam, simulque ipse gravi vulnere exani-

mari

1) 434. 2) 367. Ncta. 3) 554. 4) 472. 5) 655. 6)

og det ikke staende. 556.

mari se videret; ut primum¹⁾ dispexit, quæsivit, salvusne esset dypens? Cum salvum esse flentes sui respondissent: rogavit, effentne fusi hostes? Cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. Ita multo languine protuso, in lætitia et in victoria est mortuus.

XX.

Lúcio Manlio, cum dictator fuisset, Marcus ¹⁶² Pomponius, tribunus plebis, diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset, et ruri²⁾ habitare jussisset. Quod³⁾ cum audivisset adolescentis filius, negotium exhiberi patri: accurrisse Romam, et cum prima⁴⁾ luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum; quod illum ira um allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus est, conieclim gladium definxit, juravitque, se illum statim interfectorum, nisi jusjurandum sibi dedillet, se patrem missum esse facturum. Juravit, hoc coactus terrore, Pomponius. Rem ad populum detulit: docuit, cur sibi causa defilere necesse esset: Manlium mis-

sum

1) 704. 2) 172. 3) quod, pleonastis. 827. 4) mch
Dagens Anbrud. 783.

sum fecit. Tantum temporibus illis jurandum valebat. C. Off. 3, 112.

XXI.

¹⁶³ Seneca tantam habuit memoriam, quæ ¹⁾ in miraculum usque procederet. Nam et duo millia nominum recitata, quo ordine ²⁾ erant dicta, reddebat, et ab his, qui ad audiendum præceptorem convenerant, singulos versos a singulis datos, cum plures, quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens, usque ad primum, recitabat. — Hortensius, simili memoria prædictus, in auctione perfedit diem totum, et omnes res, et pretia, et emtores ordine suo, argentariis recognoscētibus ³⁾, ita ut in nullo falleretur, recensuit. — Quidam alius recitatum a poëta carmen novum, suum esse dixit, idque ut probaret, protinus ex memoria recitavit: cum hoc ille, cuius carmen erat, facere non posset.

XXII.

¹⁶⁴ Alexander Magnus eloquentiæ magistro usus erat ⁴⁾ Anaximene, Lampsaceno ⁵⁾, quæ res ⁶⁾ postea Lampsaco saluti fuit. Eam enim urbem diruere statuerat Alexander, quod ⁷⁾ a partibus Darii adversum se stetisset. Itaque conspicatus Anaximenem ex urbe prodeuntem, nec dubitans,

quin

1) 500. 2) 149. 3) hvormed Auktionsarerne hørde til-
fyn. 4) 343. Nota 2. 5) 671. 6) 148. Annærk.
7) 489.

quin ¹⁾ deprecatum ²⁾ pro patria veniret: per ³⁾ deos juravit, se, quod ille petiturus esset, non facturum. Quo audito ⁴⁾ callidus orator regem rogavit, ut Lampsacum dirueret. Ergo propter jurandum, callidamque præceptoris quondam sui petitionem, Lampsacenis delicti gratiam fecit.

XXIII.

¹⁶⁵ Antiöchus rex, quum in venatione, feræ persequendæ ⁵⁾ studio, ab amicis et servis aberaffet; in calam pauperum hominum intravit ignotus. Cum iis coenans, sermonem de rege injecit, ut cognosceret, quæ esset hospitum de se opinio. Tum illi: Regem ⁶⁾ in ceteris quidem bonum et laude dignum esse, sed amicis utentem ⁷⁾ malis, plurima negligere, et sære, quæ necessaria essent, nihil curare, quod venationi plus æquo indulgeret. Tacuit tum quidem Antiochus; sed postquam, orto sole, ad casam illam venere regii satellites, et purpuream vestem cum diademate attulere; converso ⁸⁾ sermone ad regia illa insignia: Certe, inquit, ex ⁹⁾ quo die vos sumsi, heri primum veros de me ¹⁰⁾ sermones audivi.

XXIV.

Dionysius major, Siciliæ tyrannus, ipse indi- ¹⁶⁶ eavit, quam esset beatus. Nam cum quidam ex ejus afflentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias ejus, opes, majestatem dominatus,

rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum; negaretque, unquam beatiorem quam¹⁾ fuisse: Visne igitur, inquit, Damocle²⁾, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, et fortunam experiri meam? Cum se ille cupere dixisset, collovari jussit hominem in aureo lecto³⁾, frato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto; abacosque complures ornavit⁴⁾ argento auroque cælato. Tum ad⁵⁾ mensam eximia formæ⁶⁾ pueros delectos jussit consistere, eosque nutum illius intuentes diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronæ: incendebantur odores: mensæ conquistissimis epulis exstribabantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatus fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum, demitti jussit, ut impendere illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores adspiciebat, nec plenum artis argentum: nec manum porrigebat in mensam. Denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nolle esse. Satisne videtur declavasse Dionylius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impen-deat⁷⁾? C. Tusc. 5, 61.

XXV.

Sophocles ad⁸⁾ summa in senectutem tragœdias fecit: quod⁹⁾ propter studium cum rem familiarem

1) iffe, aliquem. 568. 2) Vocativus *es* og. e. 22. d.
3) 117. Nota 3. 4) 786. 5) 700. b. 6) 237. 7) 470.
8) 721. e. 9) for'cum vero propter hoc. 529.

harem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus est, ut, quemadmodum Romano more male rem gerentibus patribus bonis interdicti¹⁾ folet, sic illum, quasi desipientem, a re familiariter remove-rent judices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in ianib[us] habebat et proxime scriperat, Oedipum Coloneum, recitasse judicibus, quæfuisseque, num illud carmen desipientis²⁾ videretur? Quo recitato, sententiis judicum est liberatus. C. Sen. 22.

XXVI.

Eo tempore, quo congregatus populus Atheniensis de ejiciendo³⁾ Aristide ferebat suffragia, quæ testulæ ex more inscribabantur, homo quidam iudicis Aristidi ipsi dicitur testulam tradidisse, ac perfuisse, ut inscriberet Aristidem. Roganti, quid Aristides commisiffet? ille respondit, se ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut præter céteros justus appellaretur. Aristidem ferunt nihil respondisse, sed inscripisse testulæ nomen suum, homini que reddidisse.

XXVII.

P. Piso orator, ne interpellaretur, servis præcepérat, ut tantum ad interrogata responderent, nec præterea quidquam⁴⁾ dicerent. Evenit, ut⁵⁾ Clodium, qui tum temporis magistratum gerebat, ad convivium invitari juberet. Hora coenæ instabat.

1) 284. 2) sc. effe. 240. 3) 381. 4) 654. 5) 187.

Istabat. Aderant ceteri convivæ omnes. Solus exspectabatur Clodius. Piso servum, qui solebat convivas invitare, aliquoties emisit, visum¹⁾, an veniret. Vesperascente jam coelo quum adventus ejus desperaretur, Piso servo: dic, inquit, an forte non invitasti Clodium? *Invitavi*, respondit. Cur ergo non venit? *Quia venturum se negavit*. Cur id non statim dixisti? *Quia de eo non sum abs te interrogatus*.

XXVIII.

¹⁷¹ Plotius Plancus, a triumviris proscriptus, in regione Salernitana latebat. Ab iis, qui latenter quærebant, comprehensi²⁾ servi ejus, multumque ac diu torti, negabant constanter, se scire, ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus, tam fideles servos ulterius cruciari, sed processit in medium, jugulumque gladiis militum objecit.

XXIX.

¹⁷² Attilius Regulus, primo Punico bello captus a Poenis, juratus missus est ad senatum Romanum, ut, nisi redditi essent Poenis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is³⁾ cum Romanum venisset, in senatu mandata exposuit, sed reddi captivos, negavit esse utile: illos⁴⁾ enim adolescentes esse, et bonos duces, se jam confectum senectute. Cujus cum⁵⁾ valuerisset auctoritas, capti-

¹⁾ 350. ²⁾ 401. ³⁾ 657. ⁴⁾ 515. ⁵⁾ cum igitur ejus.
§25. 655.

captivi retenti sunt: ipse Carthaginem rediit; neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum, Neque vero¹⁾ tum ignorabat²⁾, se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia profici: sed iusjurandum conservandum putabat. C. Off. 3, 99.

XXX.

¹⁷³ Scilurus, Scytharum rex, morti proximus, adferri fasciculum hastilium jussit, eumque, ut erat colligatus, dedit confringendum³⁾ filiis suis octoginta. Cum id quisque se facere posse negasset; ipse, soluto fasciculo, singula hastilia facile confregit: ita docens, illos, si concordes effent, insuperabiles fore: si disfidarent, infirmos futuros.

XXXI.

¹⁷⁴ Solebat Græculus quidam descendenti⁴⁾ e patre Cæsari Augusto honorificum aliquod epigramma portigere. Id cum frustra sœpe fecisset, et tamen rursus eum idem facturum duxisset Augustus; breve sua⁵⁾ manu in charta exaravit græcum epigramma, et Græculo advenienti obviam misit. Ille inter legendum⁶⁾ laudare⁷⁾, mirari que tam voce, quam vultu gestuque. Deinde, quum accessisset ad sellam, qua Cæsar vehebatur, demissa⁸⁾ in pauperem crumenam manu paucos denarios protulit, quos⁹⁾ principi daret, dixitque se plus daturum fuisse¹⁰⁾, si plus habuisset. Se-

cuto

¹⁾ 660. ²⁾ neque ignorabat. ³⁾ 405. ⁴⁾ 398.
⁵⁾ iffe, propria. ⁶⁾ 573. ⁷⁾ 374. ⁸⁾ 691. ⁹⁾ 409. ¹⁰⁾ 303. ¹¹⁾ 615.

cuto omnium risu, dispensatorem Cæsar vocavit, et satis grandem pecuniæ summam numerari Græculo jussit.

XXXII.

171 Aratus Sicyonius jure laudatur, qui, cum ejus civitas quinquaginta annos ¹⁾ a tyrannis teneretur, proiectus ²⁾ Argis ³⁾ Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus ⁴⁾. Cumque tyranum Nicoclem improviso oppresisset, sexcentos exsules, qui fuerant ejus civitatis ⁵⁾ locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et ⁶⁾ eos, quos ipse ⁷⁾ restituerat, quo um bonam alii possederant, egere iniustissimum arbitrabatur, et ⁸⁾ quinquaginta audiendum ⁹⁾ possessiones moveri non nivis æquum pugnabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tegebant sine injuria: judicavit, neque illis ¹⁰⁾ dimi, neque his non satisficeri, quorum ¹¹⁾ illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset, opus ¹²⁾ esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se profici sci velle dixit, remque integrum

ad

1) 300. 2) 402. 3) 169. 4) 342. 5) 222. Nota 2.
6) på den ene Side. 128. 7) 563. 8) på den anden Side. 128. 9) 237. Nota 2. 10) illisaaer poa de sidste, og det følgende his på de første, det er altsaa en Afgivelse fra Negelen. 559. 11) 243. 12) 329.

ad redditum suum jussit esse: isque celeriter ad Ptolemaeum, suum hospitem, venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam ¹⁾. Cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuissest: a rege opulento vir suminus facile impetravit, ut grandi pecunia adjuvaretur. Quam ¹⁷⁷ cum Sicyonem attulisset, adhibuit fibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit et eorum, qui aliena tenebant, et eorum, qui sua amiserant: perfecitque æstimandis ²⁾ possessionibus, ut persuaderet ³⁾ aliis ⁴⁾, ut pecuniam accipere malent, possessionibus cederent: aliis, ut commodius putarent, numerari fibi quod tanti ⁵⁾ esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes concordia constituta ⁶⁾ sine querela ⁷⁾ discenderent. O virum magnum ⁸⁾, dignumque, qui ⁹⁾, in nostra ¹⁰⁾ republica natus esset! C. Off. 2, 81.

XXXIII.

Cum Caninius Iulus, vir in primis magis, cum ¹⁷⁸ Cajo Caligula diu litigie altercatus, abeundi tyranus ille dixit: Ne forte inepta spe tibi blandiaris, duci te jussi. Gratias, inquit, agō, optime princeps. Decem medios usque ad supplicium dies fine ulla ¹¹⁾ follicitudine exegit. Vix credi potest, quam in tranquillo fuerit. Ludebat latrunculis, cum

1) 410. 2) 382. 3) 186. 4) 270. 5) 245. 6) 429. 7) 435. 8) 327. 9) 499. 10) nostra maa her staar foran. 646. 11) 668.

cum centurio, plures capite damnatos ducens, illum quoque citari jubet. *Vocatus numeravit calculos, et sodali suo: Vide, inquit, ne post mortem meam mentiaris, te viciisse.* Tum annuens centurioni: *Testis, inquit, eris, uno¹⁾ me antecedere.* Quanta animi tranquillitas!

XXXIV.

¹⁷⁹ Taxiles, unus e regibus Indiæ, occurrēns Alexandro sic eum allocutus est: *Provoco te non ad pugnam, neque ad bellum, sed aliud certaminis genus: si inferior es, a nobis accipe beneficium; siin²⁾ superior, nobis benefacito.* Cui Alexander: *Atqui, inquit, de hoc ipso nobis certandum est, uter benefaciendo supereret alterum.* Et humanissime complexus illum, non solum non privavit ³⁾ regno, sed auxit etiam ⁴⁾.

XXXV.

¹⁸⁰ Argiae sacerdotis, Cleobis et Biton, filii, prædicantur. Nota fabula est. Cum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt: ad jugum acceperunt. Ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum ⁵⁾ homini dari posset a deo. Post, epulatos

cum

¹⁾ 201. ²⁾ 475. ³⁾ 344. ⁴⁾ 769. ⁵⁾ 150.

cum matre adolescentes, somno se dédiſſe ¹⁾, mane inventos esse mortuos. — Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur: qui cum ¹⁸¹ Apollini Delphis templum exædificavissent, venerantes deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id datum ostendisse dicitur post ejus diei diem tertium: qui ut illuxit ²⁾, mortui sunt reperti. C. Tuſc. I, 113.

XXXVI.

Clarum admodum somnium traditur, si fabula ¹⁸² vera est. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, et Megaram venissent, alterum ad cauponem devertisse ³⁾; ad hospitem, alterum. Qui ut coenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur: eum primo perterritum somnio surrexisse: dein cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse: tum ei dormienti ⁴⁾ eundem illum visum esse rogare, ut, ¹⁸³ quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne ⁵⁾ inultam esse pateretur: se imperfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, et supra sterius injectum: petere, ut mane ad portam adesset,

prius

¹⁾ 515. ²⁾ illucesco. ³⁾ fil. relat som vedbliver i hele Fortelling, 514. ⁴⁾ i Sænne. 409. ⁵⁾ ut noſſe, ut non. 829.

priusquam plaustrum ex oppido exiret. Hoc vero somnio eum commotum, mane bubulco præsto ad portam fuisse: quæsisse ex eo, quid esset in plaustro illum perterritum fugisse, mortuum eratum esse: cauponiam, re patefacta, poenas dedisse. C. Div. 1, 57.

XXXVII.

184 C. Canius, epes Romanus, cum se Syracusas otiani (ut ipse dicere solebat), non negotiandi causa, contulisset, dictabat¹⁾, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisse, Pythius ei quidam, qui argentariam faciebat Syracusis, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: et simul ad coenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordinis gratiosus, pescatores ad se convocavit, et ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie pescarentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad coenam tempore venit Canius: opipare a Pythio apparatus convivium: cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque, quod ceperat, adferebat: ante pedes Pythii pisces adjiciebantur. Tum Canius: Quæso, inquit, quid est hoc, Pythi? tantumne pescium, tantumne cymbarum? Et ille, quid mirum?

mirum? inquit, hoc loco est, Syracusis quidquid est pescium: haec aquatio: hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio, ut venderet. Gravatè ille primo. Quid multa²⁾? impetrat. Emit homo cupidus et iocules tanti³⁾, quanti Pythius voluit, et emit¹⁸⁵ instructos: negotium conficit. Invitat Canius postridie familiarès suos: venit ipse mature: scalam nullum videt. Querit ex proximo vicino, num feriae quædam pescatorum essent, quod eos nullos videret? Nullæ, quod sciam, inquit ille: sed hic pescari nulli solent. Itaque heri miralar, quid accidisset. Stomachari⁴⁾ Canius. Sed quid faceret? nondum enim Aquilius protulerat de dolo malo formulas. C. Off. 3, 58.

XXXVIII.

Refert Diodorus Siculus, hunc apud veteres¹⁸⁷ Aegyptios morem fuisse, ut mortui regis corpus non ante sepulcro conderetur, quam cuncta ejus facta expensa essent. Unicuique facultas dabatur, defunctum accusandi. Instituebatur iudicium: et, si plura male fecisse rex coargueretur, carebat sepulcro. Cujus⁴⁾ dedecoris metu factum est, ut multi pie juste imperaverint.

XXXIX.

Reversus quidam in patriam, unde aliquot annis absuerat, in omnibus coetibus gloriabatur et

jacta-

1) 80.

1) 803. 2) 846. 3) 691. 4) 526.

jactabat præclaræ sua facinora. Inter alia narrabat se in insulâ Rhodo saliendo vicisse optimos in hac exercitatione artifices. Ostendebat etiam spatii longitudinem, quam præter se nemo potuisse faltu superare. Cujus faltus se testes habere universos Rhodios dicebat. Tum unus de circulo: *heus tu, si vera narras, nihil opus est istis teſlibus; hic Rhodum effe puta, hic fulta.*

XL.

189 Pompejus narrabat: se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audiisset, eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent: voluisse tamen nobilissimum philosophum vifere. Quem ut vidisset, et salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molestique se dixisset ferre, quod eum non posset audire; at ille: *Tu vero, inquit, potes; nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut fruſtra tantus vir ad me venerit.* Itaque narrabat, eum graviter et copiose de hoc ipso, *nihil effe bonum, nisi quod honestum effet,* cubantem disputavisse; cumque quasi faces ei doloris admovererentur, sœpe dixisse: *Nihil agis, dolor: quamvis ¹⁾ sis molestus, nunquam te effe confitebor malum.* C. Tusc. 2, 61.

XLI.

190 Duo viri amplissimi ordinis cum adversus Titum Cæsarem conjurassent, neque negare cogita-

tum

1) 463.

tum ¹⁾ scelus possent; monuit Titus, ut desistent ab incepto: si quid desiderarent, promisit, se daturum: cursores suos consilium misit ad matrem alterius, ut ei anxiæ ²⁾ de vita filii nuntiarent, illum salvum. Utrumque epulis secum accumbere voluit, et in eadem familiaritate, qua antea, habuit.

XLII.

Perfæ liberos suos a quinto anno ad vicesimum **191** tria edocebant, equitare, sagittas arcu mittere, vera loqui. Turpissimum apud eos habebatur, mentiri. Secundum mendacium turpitudini ³⁾ erat æs alienum: maxime, quod, qui ære alieno obstringitur, mendacio obnoxius esse soleat, et saepissime verba pro re dare. Justitiam quoque liberi Persarum edocebantur ⁴⁾ a pueritia. Nam quemadmodum pueri in Gracia in scholas itabant, litterarum liberaliumque artium discendarum ⁵⁾ causa: sic apud Persas pueri scholas frequentabant, ad accipientiam iustitiæ disciplinam. Quam ⁶⁾ ut ci- **192** tius et certius discerent, non solum eorum animis præcepta iustitiæ inculcabantur, sed docebantur etiam justas ferre sententias de iis, quæ inter ipsos exoriebantur, controversiis, et legitimas pro cuiusque delicti modo poenas constituerem. Itaque bonam diei partem impendebant publici iustitiæ præceptores audiendis ⁷⁾ dijudicandisque puero- rum disceptionibus.

XLIII.

1) 406. 2) 418. 3) 262. 4) 321. Nota. 5) 367. 6) 522. 7) 373.

XLIII.

193 Xenophontem in angiorum obviam habuit Socrates. Quinque videret adolescentem vultu specioso adnudum et verecundo, porrecto baculo vultuit, ne præteriret. Ut constitit, interrogavit eum Socrates, ubinam venderentur, quæ essent necessaria variis usibus civium? Ad quæ quum expedite respondisset Xenophon, perconfatus est: ubinam boni ac probi homines fierent? Id vero nescire se, quum responderet adolescentis; sequere igitur me, inquit Socrates, et disce. Ex eo tempore Xenophon coepit esse Socratis auditor, et bonus proflusque factus est.

XLIV.

194 Captis Syracusis, quas Archimedes machinationibus suis mirificis diu defenderat, Marcellus, imperator Romanus, gravissime edixit, ne quis¹⁾ Archimedi vim ficeret. At is dum animo et oculis in terram defixis, formas in pulvere describit, militi Romano, qui prædandi causa in domum intruperat, strictoque gladio, quisnam esset? interrogabat, propter nimium ardorem studii nihil responderet, nisi hoc: *noli turbare circulos meos.* A militi igitur, ignaro²⁾ quis esset, interficitur.

XLV.

195 Quis non Vedium Pollioñem oderit, quod murænas sanguine humano saginabat, et fervos, si quid offendere, in vivarium abjici jubebat? O

homi-

¹⁾ iste, ut nemo. 757. ²⁾ 408.

hominem mille mortibus dignum! Quum aliquando apud eum coheraret Augustus, frégerat unus ex servis ejus vas crystallinum. Rapi eum ad mortem Vadius iussit, et objici murænis, quas ingentes in piscina continebat. Evasit e manibus puer, et confugit ad Cæfaris pedes, nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret, nec esca piscium fieret. Motus est novo crudelitatis genere Cæsar, et illum quidem mitti, crystallina autem omnia coram se frangi iussit, complerique piscinam.

XLVI.

Quotidie ad rationem reddendam vocandus est animus. Faciebat hoc Sextius, ut, consummato die, cum se ad nocturnam quietem receperisset, interrogaret se ipsum: *Quod hodie malum tuum¹⁾ sanasti? cui vitio ostiuitisti? qua parte melior es?* Quid pulchrius hac consuetudine, excutiendi totum diem?

XLVII.

Pericles, cum classe Atheniensium ad bellum¹⁹⁷ profecturus, triremem jam concenderat, cum sol forte defecit. Quumque tenebrae coelo obductæ essent, terror, ut magno prodigo oblato, incessit omnes. Pericles autem, gubernatorem trepidum ac stupentem cernens, chlamydem objecit oculis ejus, et ita tectum interrogavit, numquid horrendi id esset, aut calamitatem aliquam portende-

ret?

ret? Negavit ille. Tum Pericles: Quid, inquit, inter huc et illud interest, nisi quod illud, quod coelum caligine texit, chlamyde grandius est.

XLVIII.

¹⁹⁸ Aeschines orator cum ceßisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogatus ¹⁾ a Rhodiis, legiffe fertur orationem illam egregiam, quam in ²⁾ Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat. Qua perfecta, petitum est ³⁾ ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contra a Demosthenem pro Ctesiphonte edita. Quam cum suavissima et maxima voce legisset, admiratisibus: Quanto, inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum! C. de Or. 3, 213.

XLIX.

¹⁹⁹ Stilponem, Megareum philosophum, acutum fane hominem et probatum temporibus illis accepimus. Hunc ⁴⁾ scribunt ipsius familiares, et ebriosum et mulierosum suisse: neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Quid? Socratem nonne legitimus, quemadmodum notarit Zópýrus, physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vul-

tu,

1) van Begiering, 409. 2) 735. a. 3) man had ham. 578. 4) iste, de hoc scribunt, eum suisse. 534.

tu, fronte pernoscere. Stupidum esse Socratem ²⁰⁰ dixit et bardum, quod jugula concava non haberet: addidit etiam, mulierosum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur fustulisse ¹⁾). Derisus quoque est a ceteris, qui ²⁾ illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sublevatus, qui: non errat, respondit; *talis enim natura effem*, nisi *naturam philosophia superaffem*. Haec ex naturalibus causis vitia nasci possunt: exstirpari autem et funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, a tantis vitiis avocetur, non est id possum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina. C. Fat. 10.

L.

Demosthenes quum aliquando quendam in ²⁰¹ causa capitali defenderet, ac judices videret parum attentos: paulisper, inquit, aures mihi præbete, rem narraturo novam atque auditu ³⁾ jucundam. Ad quæ verba quum illi jam aures arrexissent: Adolescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, quo Athenis Megaram profecturus ⁴⁾ uteretur. In itinere autem cum æstus meridianus ingravesceret, neque esset umbraculum, quo solis ardorem defunderet, depositis clitellis, sub asino sedens, umbra ejus semet obtegabat. Id vero agaso veta- ²⁰² bat, hominem inde depellens, atque clamans, asinum esse locatum, non umbram asini. Alter e

1) tollo. 2) 510. 3) 345. 4) til en Reise, 409.

diverso contendebat, etiam umbram afini sibi ¹⁾ esse conductam. Atque ea rixa adeo inter eos exarsit, ut etiam ad manus venerint. Tandem in jus ambulant. Hæc locutus Demosthenes, ubi vidisset judices diligenter auscultantes, repente coepit a fuggeflu descendere. Tum revocatus a judicibus rogatusque, ut reliquam fabulam pergeret enarrare: Quid? inquit, de afini umbra libet audire? viri causam, de vita periclitantis, audire gravamini?

LI.

²⁰³ Suorum injurias civium patienter serebat Epaminondas, quod se patriæ irasci nefas esse duceret. Cum eum propter invidiam cives præficere exercitiū noluissent, duxque esset electus belli imperitus, cuius errore eo esset deducta militum multitudo, ut omnes de salute perfimerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari copta est ²⁾ Epaminondæ diligentia. Erat enim ibi privatus numero militis. A quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, et exercitum obfidione liberatum, domum reduxit incolumente.

LII.

²⁰⁴ Solon quum Miletum venisset ad Thaletem, mirum sibi videri dixit, quod uxorem ille non duxisset, nec liberos relinquerset. Nihil tum Thales

Ies respondit, sed paulo post peregrinum quandam subornavit, qui se nuper Athenis advenisse simularet. Querente Solone, num quid in ea urbe novi? Homo, nihil aliud contigisse, respondit, nisi quod adolescentem quandam efferi vidisset, cuius funus tota fere civitas prosecuta esset. Erat quippe, inquit, ut serebant, filius viri, inter cives virtute præcellentis, et jam dudum ab urbe absens. O infortunatum parentem! exclamat Solon. ²⁰⁵ Ceterum dic, inquit, quodnam ejus nomen serebant? Audivi equidem, respondit ille, sed excidit mihi. Hoc tantum memini, multum habitum esse sermonem de illius viri sapientia et justitia. Solon, cuius metus ad singulas peregrini responsiones magis magisque crescebat, turbatus animo atque anxius quæsivit: numquid ¹⁾ ille fato functus adolescentis Solonis filius diceretur? Quod ²⁾ ita esse, respondente illo, coepit Solon caput cædere, aliaque et facere et dicere, quæ solent magno moerore oppressi. Tum ridens Thales, qui aderat: Hæc me, inquit, o Solon, a ducenda ³⁾ uxore et gignendis liberis absterruerunt, quæ te etiam, fortissimi animi virum, nunc frangunt. Te vero nihil hic nuntius moveat! Hæc enim omnia feta sunt.

LIII.

Attilius Regulus, primi Punici belli gloria, ²⁰⁶ cum in Africa Carthaginis epes crebris victoriis

¹⁾ 291. ²⁾ 590.

³⁾ 158. Nota 3. ²⁾ 655. ³⁾ 478.

contunderet, ac prorogatum sibi ob res bene gestas in proximum annum imperium cognovisset: Consulibus scripsit, villicum in agello, quem septem jugerum habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento, discessisse. Ideoque petere se, ut sibi successor mitteretur, ne desertò agro¹⁾ deesset, unde uxor ac liberi sui²⁾ alerentur. Quæ postquam senatus a Consulibus accepit, et agrum Attilii illico colendum³⁾ locari, et alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, resque, quas amiserat, redimi publice jussit.

LIV.

²⁰⁷ Ambitio Ciceronis, ex Sicilia redeuntis, quam fuerit decepta, ipse refert. Sic⁴⁾ tum exsiliabam, inquit, nihil homines aliud Romæ, nisi⁵⁾ de quæstura mea, loqui. Frumenti⁶⁾ in summa caritate maximum numerum miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus justis, municipibus liberalis, sociis abstinentis, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidam erant a Siculis honores inauditi. Itaque hac spe decedebam, ut⁷⁾ mihi populum Romanum ultra omnia²⁰⁸ delaturum putarem. At ego, cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decadens e provincia, Puteos forte venissem, cum plurimi et lautissimi solent

¹⁾ 426. ²⁾ 122. b. ³⁾ 405. ⁴⁾ sic. oversleidigt. 827.

⁵⁾ 759. ⁶⁾ 104. ⁷⁾ med. Hensyn til hæc. 183.

solent esse in iis locis: concidi pæne, cum ex me quidam quæfasset, quo die Roma exissim, et num quid in ea effet nosi? Cui cum respondisse, mē e provincia decedere: etiam mehercules, inquit, ut opinor, ex Africa. Huic ego jam stomachans fastidiose, imo¹⁾ ex Sicilia, inquam. Tum quidam, quasi qui omnia sciret, quid? tu nescis, inquit, hunc Syracusis quæstorem fuisse? Quid multa? destiti stomachari, et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. C. Planc. 64.

LV.

Athenis erat sanctissimum et severissimum²⁰⁹ consilium, Areopagus. Ne autem reorum miserrando adspectu hi judices commoverentur, ipsa nocte, nullis admotis²⁾ luminibus, judicia exercabant, summoque silentio sententias, tabellis inscriptas, dabant, ita ut alter alterius sententiam ignoraret. Hi Areopagitæ damnaverunt aliquando puerum, qui coturnicum oculos eruerat, judicantes, id signum esse perniciosestimum mentis, multisque malo³⁾ futuræ, si adolevisset. Ab iisdem diligentissime inquire solebat, quid quisque Atheniensium ageret, aut quoniam quæstu sustentaret vitam; ut homines honeste viverent, memores, vita rationem esse reddendam.

LVI.

Pyrrhus rex in itinere incidit in canem, qui in terfecti hominis corpus custodiebat. Quum audisset

¹⁾ Mei. 166. c. ²⁾ 434. ³⁾ 262.

eum iam tres dies cibi expertem¹⁾ assidere, nec a cadavere discedere, mortuum jussit humari, canem vero deduci et curari diligenter. Paucis post diebus²⁾ militum iustitio habetur. Transiunt singuli, sedente rege. Aderat canis. Is, quum arrepta quietus et tacitus fuisset, simul ac vidit, domini sui percussores transire, procurrit furans, eosque allatravit, subinde se ad Pyrrhum convertens, ita quidem, ut non modo rex, sed omnes, qui aderant, suspicionem de iis conciperent. Ergo comprehensi et examinati, levibus quibusdam signis aliunde accendentibus, fassi homicidium poenas dederunt.

LVII.

Duodequadriginta annos tyrannus Syracusarum fuit Dionysius, cum quinque et viginti natus³⁾ annos dominatum occipavisset. Quia pulchritudine urbem⁴⁾, quibus opibus praeditam, servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui de⁵⁾ hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum acceperimus, summanam fuisse ejus in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem et industrium, eundem⁶⁾ tamen maleficum natura et injustum. Ex quo omnibus, bene veritatem intuentibus, videri necesse est⁷⁾ miserrimum. Ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse

1) 228. 4. 2) 304. 3) 307. 4) 799. 5) 113. Nota 3.
6) 557. 7) 190.

posse censebat, consequebatur. Qui cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus (etsi id quidem alias alio⁸⁾ modo tradidit) abundaretque aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum: credebat eorum nemini; sed iis, quos ex familiis locupletum servos²⁾ delegerat, quibus nomen servitatis ipse detraxerat, et quibusdam convenis et feris barbaris, corporis custodiam committebat. Ita propter injustam dominatus cupiditatem in carcere quodammodo ipse se incluserat. Quin etiam, ne tonsori collum committeret, tonsdere filias suas docuit. Et tamen ab iis ipsis, cum²¹³ jam essent adultae, ferrum removit, instituitque, ut carentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurent. Cumque duas uxores haberet, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur, et perscrutaretur ante. Et, cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset³⁾, ejusque fossae transitum ponticolo ligneo conjunxit: eum ipsum, cum forem cubiculi clauferat, detorquebat. Idemque cum in communibus fugassis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Atque is, cum pila ludere vellet (studioe²¹⁴ enim id factitabat) tunicamque poneret; adolescentulo tradisse gladium dicitur. Hic, cum quidam familiaris jocans dixisset: *Huic quidem certe vitam tuam committis*; arrisissetque adolescens: utrumque jussit interfici; alterum, quia viam de-

mon-
8) 796. 2) 321. 3) 281.

monstravisset interimendi sui¹⁾, alterum, quia id dictum risu approbabisset. Atque eo facto sic doluit, ut nihil gravius tulerit in vita. Quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis²⁾, illi est repugnandum. C. Tusc. 5, 57.

LVIII.

²¹⁵ Cum Porsenna, rex Etruscorum, Romam infesto exercitu venisset, pro se quisque in urbem ex agris demigrant³⁾, urbem ipsam sepiunt praefidis: alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons sublicius iter pene hostibus dedit⁴⁾, ni unus vir fuisset, Horatius Cocles, qui, positus forte in statione pontis, cum captum repentina in petu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans singulos obfissos, obtestansque Deum et hominum fidem, testabatur: nequidquam, deserto praesidio, eos fugere. ²¹⁶ Si transitum⁵⁾ pontem a tergo reliquisten: jam plus hostium in Palatio Capitolioque, quam in Janiculo fore. Itaque monere, prædicere, ut pontem ferro, igni, quacunque vi possent, interrumpan. Se impetum hostium, quantum corpore uno posset obfisi,

1) 368. 544. 2) 469. 3) quisque demigrant, for demigrat, Synefis. 938. 4) 608. 5) for si transiissent pontem et reliquisten. 402.

obfisi, excepturum. Vadit inde in primum aditum pontis, obversisque cornibus ad ineundum proelium armis, ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. Duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Lartium, ac T. Herminium. Cum his primam periculi procellam parumper fustiuit. Deinde ²¹⁷ eos quoque ipsos, exigua parte pontis relictâ, revocantibus qui rescidiebant, cedere in tutum coegerit. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum: nunc singulos provocare, nunc increpare omnes, *Servitia*¹⁾ regum superbarum, suæ libertatis immemores, allanam oppugnatum venire. Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut proelium incipiunt, circumspectant. Pudor deinde commovit aciem, et clamore sublatu undique in unum hostem tela conjiciunt. Quæ ²¹⁸ cum in objecto cuncta scuto hæsisserent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu; jam impetu conabantur detrudere virum, quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito impetum fustiuit. Tum Cocles: *Tiberine pater*, inquit, te sancte precor, hæc arma et hunc militem propitio flumine accipas. Ita sic armatus in Tiberim desfiluit, multisque super incidentibus²⁾ telis incolmis ad suos tranavit; rem ausus plus famæ habituram ad³⁾ posteros, quam fidei. L. 2, 10.

LIX.

1) for servos som Glaser, 662. 2) 428. 3) 720. b

LIX.

219 Cum Porsenna nihilo minus Romanum obfideret, et frumenti esset cum summa caritate inopia; Mucio adolescenti nobili indignum videbatur, populum Romanum ab iisdem Etruscis obfideri, quorum sepe exercitus fuderit. Itaque magno audacie aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit: dein metuens, ne, si consulum in iussu et ignaris¹⁾ omnibus iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen adfirmante²⁾, se natum adiit: *Transire Tiberim*, inquit, *Patres, et intrare, si possum, castra hostium volo: non prædo, nec populationum invicem ultor.* Majus, si dii juvant, in animo est facinus. Approbant Patres. Abdito intra vestem ferro proficiscitur. Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constituit. Ibi cum stipendum forte militibus daretur, et scriba cum rege sedens pari sere ornata multa ageret, eumque milites vulgo adirent; timens sciscitari, uter Porsenna esset, ne, ignorando³⁾ regem, semet ipse aperiret, quis esset; scribam pro rege obturcat. Videntem inde, qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, cum, concursu ad clamorem facto, comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas fortunæ

1) 433. 2) 431. 3) 379.

fortunæ minas metuendus magis, quam metuens: Romanus sum, inquit, civis. C. Mucium vocant. Hostis hostem occidere volui, nec ad mortem minus animi est, quam fuit ad cædem. Et facere et pati fortia, Romanum est. Nec unus¹⁾ in te ego hos animos gessi: longus post me ordo est, idem potentium decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo: ferrum hostemque in vestibulo habeas regiae. Hoc tibi juventus²⁾ Romana indicimus bellum³⁾. Nullam aciem, nullum proelium timeris⁴⁾. Uni tibi, et cum singulis, res erit. Cum rex, simul ira infensus periculoque conteritus, circumdari ignes minitabundus juberet, nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages jacéret: *En tibi*, inquit, *ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnum gloriam vident;* dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit. Quam cum velut alienato ab sensu torreret animo; prope attonitus miraculo rex, cum ab sede sua prosluisset, amoverique ab altaribus juvenem jussisset: *Tu vero abi*, inquit, *in te magis, quam in me, hostilia ausus.* Juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Nunc jure belli liberum te, intactum inviolatumque hinc dimitto.

Tum

1) nec unus gessi, for nec unus sum, qui gessi. 539. 2) for nos juvenes Romani. 662. 3) hoc bellum indicimus, for hoc est bellum, quod indieimus. 799. 4) for time. 690.

²²⁴ Tum Mucius, quasi remunerans meritum: *Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honor, ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti; trecenti*¹⁾ *conjuravinus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via graffaremur. Mea prima fors fuit. Ceteri, ut cuique ceciderit primo, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque temporè aderunt. Mucium dimissum*²⁾, cui postea Scævolæ a clade dextræ manus cognomen inditum, legati a Porfenna Romanam secuti sunt. Adeo moverat eum et primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset, et subeunda³⁾ dimicatio toties, quot conjurati supereissent, ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. L. 2, 12.

LX.

²²⁵ Romani, Camillo duce, obsidebant Falerios, Faliscorum urbem. Mos erat Faliscis, eodem magistro liberorum et comite uti; simulque plures pueri unius curæ demandabantur. Principum liberos, sicut fere fit, qui scientia videbatur præcellere, erudiebat. Is quem in pace instituisset, pueros ante urbem lusus exercendique causa producere; nihil eo more per belli tempus intermissio, tum modo brevioribus, modo longioribus spatiis trahendo eos a porta, lusu sermonibusque variatis, longius solito, ubi res dedit, progressus, inter statio-

¹⁾ Tre hundrede af os. 225. b). ²⁾ iffe, Mucio dimisso. 442. Ann. 2. ³⁾ 406.

stiones eos hostium, castraque inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit. Ibi scelesto²²⁶ facinori scelestiorem sermonem addidit: Falerios se in manus Romanis tradidisse, quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in potestatem dediderit. Quæ ubi Camillus audivit: Non ad similem, inquit, tui nec populum, nec imperatorem scelesius ipse cum scelesto munere venisti. Nobis cum Faliscis, quæ pacto j' t humano, societas non est. Quam ingeneravit natura, utrisque est eritque. Sunt ei belli, sicut pacis jura, justeque ea non minus, quam fortiter didicimus gerere. Arma habemus, non adversus eam atatem, cui etiam capitis urbis parcitur, sed æversus armatos, et ipsos, qui nec læsi, nec lacefitti a nobis. castra Romana ad Vejos oppugnarunt. Eos tu, quantum in te fuit, novo scelere vicisti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Vejos, vincam. Denudatum deinde eum, manibus post tergum illigatis, reducendum Falerios pueris tradidit, virgasque eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit. Ad quod spectaculum concursu populi primum facto, deinde a magistratibus de re nova vocato senatu, tanta mutatio animis est injecta, ut qui modo efferati odio iraque, Vejentium exitum pæne, quam Capenatum pacem mallent, apud eos pacem universa posceret civitas. Fides Romana, justitia imperatoris, in foro et curia celebrantur, consenserunt suque

suque omnium legati ad Camillum in castra, atque inde permisso Camilli Romam ad senatum, qui dederent Faleros, proficiscuntur. Introducti
ad senatum ita locuti traduntur: *Patres Conscripti, victoria, cui nec Deus, nec homo quisquam invideat, victi a vobis et imperatore vestro, dedimus nos vobis; rati, quo nihil victori pulchrius est, melius nos sub imperio vestro, quam legibus nostris victuros. Eventu hujus belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt. Vos fidem in bello, quam praesentem victoriam maluistis: nos fidei provocati, victoriam ultro detulimus. Sub ditione vestra sumus. Mittite, qui arma, qui obfides, qui urbem patentibus portis accipiant. Nec vos fidei vestrae, nec nos imperii vestri poenitebit. Camillo et ab hostibus, et a civibus gratiae. Pace data, exercitus Romanus reductus.* L. 5, 27,

CAPUT IV.

SENTENTIAE POETICAE.

A.

Adspiciunt oculis superi mortalia justis.
Ante obitum nemo supremaque funera felix.
Artibus ingenuis quaesita est gloria multis¹⁾.
Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.
Aut prodeesse volunt, aut delectare poëtæ.
Bacchus et²⁾ adflictis requiem mortalibus³⁾ adfert.
Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Cede repugnanti⁴⁾, cedendo victor abibis.
Cernere justitiam nescit, quem munera cæcant.
Coelum, non animum mutant, qui trans mare²³¹
currunt.
Conscia mens recti famæ mendacia ridet.
Cum⁵⁾ feriant unum, non unum fulmina terrent.
Da requiem: requietus ager bene credita reddit.
Discite, quid virtus, et quid sapientia possit.
Divitiisne homines, an sunt virtute beati?
Dum⁶⁾ licet, in rebus jucundis vive beatus⁷⁾.

Dum

1) for a multis. 291. 2) for, etiam. 756. 3) for ho-
minibus. 672. 4) near man. 589. 5) cum endstendit
e. Cœnj. 461. 6) 486. 7) 675.

CAPUT

Dum vitant stulti vita, in contraria currunt.
 Durate, et vosmet rebus servate secundis.
 Est aliquid, patriis vicinum finibus esse.
 232 Est captu¹⁾ facilis turbata pisces in unda.
 Est virtutis opus, factis extendere famam.
 Esto bonus saltem, si non²⁾ potes esse peritus.
 Exilis domus est, ubi non et multa supersunt.
 Fallit nos vitium specie virtutis et umbra.
 Fama malum, quo³⁾ non aliud velocius ullum.
 Felix, qui didicit rerum cognoscere causas.
 Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
 Gaudia præmissi cumulant inopina dolores.
 Gaudia principium nostri sunt saepe doloris.
 233 Grandibus exigui sunt pisces piscibus⁴⁾ esca.
 Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.
 Gratia pro rebus merito debetur inemtis.
 Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset?
 Heu, quam difficile est, crimen non prodere vultu.
 Improba corrumpunt rectos consortia mores.
 In causa facili cuivis licet esse diferto⁵⁾.
 Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim.
 Intendas⁶⁾ animum studiis et rebus honestis.
 Invidus alterius macrescit rebus opimis.
 234 Irrexit muscas, transmittit aranea vespas.
 Laudat venales, qui vult extrudere⁷⁾, merces.
 Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.

Longa

¹⁾ 354. ²⁾ iſſe, niſi. 477. ³⁾ for, quod est omnium
 velocissimum. 536. ⁴⁾ 259. ⁵⁾ 294. ⁶⁾ 467. ⁷⁾ ſc.
 eas. 807. b.

Major ſum, quam cui¹⁾ poſſit fortuna nocere.
 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
 Mobile mutatur ſemper cum principe.²⁾ vulgus.
 Morbida facta peccus totum corrumpit ovile.
 Multi nil rectum, niſi quod placuit fibi, ducunt.
 Naturam certe mutare pecunia nescit.
 Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
 Nemo adeo ferus est, ut non³⁾ mitescere poſſit. 235
 Nefcia mens hominum fati fortisque furturæ.
 Nil ego contulerim⁴⁾ jucundo ſanus amico⁵⁾.
 Nitimus in vetitum ſemper, cupimusque negata.
 Non mihi mors gravis eſt, poſituro morte dolorem.
 Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.
 Non opibus mentes hominum curæque levantur.
 Non temper feriet, quodcumque minabitur, arcus.
 Noscitur ex ſocio, qui non cognoscitur ex fe.
 Oderunt hilarem tristes, tristemque jocofi.
 Oderunt peccare boni virtutis amore. 236
 Omne tulit puncum, qui miſciuit⁶⁾ utile dulci.
 Omnia perversas poſſunt corrumpere mentes.
 Orandum eſt, ut fit mens ſana in corpore ſano.
 Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat.
 Percontatorem fugito⁷⁾, nam garrulus idem⁸⁾ eſt.
 Quæ regio in terris noſtris non plena⁹⁾ laboris?
 Quidquid agis, prudenter agas, et respice finem.
 Quidquid in occulto eſt, in apicum proferet ætas.

I a

Quid

¹⁾ 302. ²⁾ ſc. suo. 574. ³⁾ oſſar quin. 762. ⁴⁾ 696.
⁵⁾ 272. ⁶⁾ 293. ⁷⁾ 508. ⁸⁾ 557. ⁹⁾ 229.

Quid refert, morbo¹⁾ an furtis, pereamne rapinis?
 237 Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido.
 Quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius
 urit.

Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet.
 Quod semel emissum est, volat irrevocabile verbum.
 Regia, crede mihi, res est, succurrere lapsis.
 Regis ad²⁾ exemplum totus componitur orbis.
 Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
 Scire juvat, quantum discordet parcus avare³⁾.
 Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciāt alter.
 Solamen miseris, sōcios habuisse malorum.

238 Temperie cæli corporusque animusque juvantur.
 Tempora labuntur, tacitisque senescimis annis.
 Tempus in agrorum cultu consumere, dulce est.
 Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.
 Ut⁴⁾ defint vires, tamen est laudanda voluntas.
 Vas nisi sincerum est, quodcumque infundis, aceſcit.
 Velle suū cuique est, nec voto vivitur uno.
 Virtus est medium vitiorum et utrinque reductum.
 Virtus est, vitium fugere, et sapientia prima.
 Vivere naturæ tē convenienter oportet.

B.

Aequo animo poénam, qui mreuere, ferant.
 239 Aëre non certo⁵⁾ corpora languor habet.
 An nescis, longas regibus esse⁶⁾ manus?

Ante-

1) 160. 2) 722. 3) for ab avaro. 349. 4) 136. 5)
 440. 6) 958.

Ante diem¹⁾ canos anxia cura facit.
 Ardua per præceps gloria vadit iter.
 Audendum est: fortis adjuvat²⁾ ipse Deus.
 Candida pax homines, trux decet³⁾ ira feras.
 Causa patrocinio non bona pejor erit.
 Cedamus: leye fit, quod bene fertur, onus.
 Difficile est, tristi fingere mente jocum.
 Dimidium⁴⁾ facti, qui bene coepit, habet.
 Discite! eunt anni more fluentis aquæ.
 E vitio alterius disce, cāvere tibi.
 Est virtus, placitis abstinuisse⁵⁾ bonis.
 Exitio⁶⁾ multis fastus et ira fuit.
 Expletur lacrymis egeriturque dolor.
 Fallitur augurio spes bona sāpe suo.
 Flebitur iratus voce rogante Deus.
 Gratius⁷⁾ ex ipso fonte bibuntur aquæ.
 Heu, patior telis vulnera facta meis.
 Impia sub dulci melle venena latent.
 Ingenio stimulos subdere fama solet.
 Interdum lacrymæ pondera vocis habent.
 Intra fortunam quisque marietō suām.
 Ipse jubet mortis tē meminisse Deus.
 Longius aut propius, mores sua quemque manet⁸⁾.
 Magnum opus, mores composuisse suos.
 Nil feret ad manes divitîs umbra suos.
 Nil prodest, quod non lādere possit idem⁹⁾.

1) for tempus. 661. B. 2) 326. 3) 322. 4) 932. 5)
 337. 6) 262. 7) for, gratius est, si bibuntur. 798.
 8) 287. 9) 557.

Nil juvat, amissio ¹⁾ claudere septa grege.

²⁴² Non habet officii lucifer omnis idem ²⁾.

Non opus est, celeri subdere calcar equo.

Non procul a proprio flipite poma cadunt.

Nescitur adverso tempore verus amor.

Nube ³⁾ solet pulsus candidus ire ⁴⁾ dies.

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Placato possum non miser esse Deo.

Plus valet, humanis viribus, ira Dei.

Pollitis divites quilibet esse potest.

²⁴³ Præsentem monstrat quælibet herba Deum:

Principis est virtus maxima, nosse suos.

Qua positus fueris, in statione mane.

Qui non est hodie, cras minus ⁵⁾ aptus erit.

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Quisque suæ vitæ semina jacta metet.

Quod nondum novit, nemo docere potest.

Res est solliciti plena timoris amor.

Sæpe creat molles aspera spina rosas.

Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.

²⁴⁴ Si rota defuerit, tu pede carpe viam.

Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Usus habet laudem, crimen abusus habet.

Ut fragilis glacies, interit ira mora.

Vin-

¹⁾ 433. ²⁾ idem officii 233. ³⁾ 663. g. ⁴⁾ poetis for
esse. ⁵⁾ 199 Ann. 6.

Vincuntur molli pectora dura prece.

Vive tibi, et longe nomina magna fuge.

C.

Acer et ad palmæ per se cursurus honores;

Si tamen horteris, fortius ibit, equus.

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est.

Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro.

Venit ¹⁾ honos: auro conciliatur amor.

Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset

Tutus ab ²⁾ infidiis, dire Superbe, tuis.

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus;

Ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ.

Certe non parvas animo dat gloria vires,

Et fecunda facit pectora laudis amor ³⁾.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra

Pectora pro ⁴⁾ facto spemque metumque suo.

Conveniens homini est hominem servare voluptas,

Et melius nulla queritur arte favor.

Creverunt et opes, et opum furiosa libido,

Et, cum ⁵⁾ possideant plurima, plura ⁶⁾ volunt.

Curando ⁷⁾ fieri quedam majora videmus ⁸⁾.

Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit ⁹⁾.

Donec ¹⁰⁾ eris felix, multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Duna

¹⁾ 113. ²⁾ 717. c. ³⁾ 266. heb. 102. Ann. 2.

⁴⁾ 742. b. ⁵⁾ 461. ⁶⁾ 199. Ann. 6. ⁷⁾ 378. ⁸⁾

580. ⁹⁾ 603. b. ¹⁰⁾ 486.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icaris nomina fecit aquis.
 Dum ¹⁾ vires annique finunt, tolerate labores:
 Jam veniet tacito curva senecta pede.
 Effugit ²⁾ hibernas demissa antenna procellas,
 Lataque plus ³⁾ parvis vela timoris habent.
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
 Quæque juvans monstrat; quæque fit herba
 nocens!

²⁴ Excitat auditor studium, laudataque virtus
 Crescit, et immensum gloria calcar habet.
 Eximia est virtus, præstare filentia rebus:
 At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
 Fertilis assiduo si non renovetur aratro,
 Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
 Firma valent per se, nullumque Machaona ⁴⁾ quæ-
 runt,
 Ad medicam dubius confugit æger opem.
 Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad
 annos,
 Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo.

²⁴⁹ Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit
 Moenia, nec virtus altius ire potest.
 Fortior in fulva novus est luctator arena,
 Quam cui fuit longa brachia fessa mora.
 Gutta cavat lapidem: consumitur annulus usu,
 Et teritur pressa vomer aduncus humo.
 Haud facile invenias ⁵⁾ multis e millibus unum,

Virtuteim pretium qui putet esse fui ¹⁾.
 Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
 Respuit atque odio verba monentis habet.
 In terris mercede caret, per seque petenda est,
 Externis virtus incomitata bonis. ²⁵⁰
 In pretio pretium nunc est: dat census honores:
 Census amicitias: pauper ubique jacet.
 Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,
 At nunc barbaries grandis, habere nihil.
 Ipse decor recti, facti si præmia desint,
 Non movet, et gratis poenitet esse probum.
 Ipse licet Musis venias comitatus ²⁾, *Homere*,
 Si nihil attuleris, ibis, *Homere*, foras.
 Labitur occulte fallitque volatilis ætas,
 Ut celer admisis labitur amnis aquis. ²⁵¹
 Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
 Nec facile est, æqua commoda mente pati.
 Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
 Inque suo pretio ruga senilis erat.
 Membra reformidant mollem quoque faucia tactum,
 Vanaque sollicitis incutit umbræ metum.
 Mitius ille perit, subitis qui mergitur unda,
 Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.
 Navita de ventis, de tauris narrat arator, ²⁵²
 Enumerat miles vulnera, pastor oves.
 Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
 Dicit, et immemores non finit esse fui.
 Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,

1) 486. 2) 326. 3) 252. 4) fœt, medicum. 663. 5) 582.

Ut minuant nulla gaudia parte malum.
 Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,
 Non sit ut inferius suppositumque Deo.
 Non est in medico semper, relevetur ut æger,
 Interdum medica plus valét arte malum.
 253 Non opus ¹⁾ est magnis placido lectore poëtis:
 Quamlibet iavitum difficilemque tenent.
 Non ideo debet pelago se credere, si qua ²⁾
 Audet in exiguo ludere cymba lacu.
 Non tellus eadem parit omnia: vitibus illa
 Convenit, hæc oleis, hac bene farra virent.
 Omnia tunt homnum tenui pendentia filo.
 Et subito casu, quæ valueré, ruunt.
 254 Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
 Immodicus contra frangit utrumque labor.
 Parva necat morbu spatiōsum viperā taurum:
 A cane non magno sæpe tenetur aper.
 Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim:
 Sæpe tulit lassis succus amarus opem.
 Principiis obsta! sero medicina paratur,
 Cum mala per longas convalevēre moras.
 Qui fingit facros auro vel marmore vultus,
 Non facit ille deos: qui colit, ille facit.
 Qui semel est laesus fallaci pīseis ab hamo,
 Omnibus unca cibis æra subesse ³⁾ putat.
 255 Quid magis est durum faxo? quid mollius unda?
 Dura tamen molli faxa cavantur aqua.
 Quod caret alterna requie, durable non est:

Hæc

1) 329. 2) 529. 3) 277.

Hæc reparat vires, fessaque membra levat.
 Si te deficiant ⁴⁾ vires, audacia certe
 Laus erit; in magnis et voluisse fat est.
 Quo quisque est major, magis est placabilis iræ,
 Et faciles motus mens generosa capit.
 Rara quidem virtus, quam non ⁵⁾ fortuna gubernet,
 Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pēde.
 Rebus in angustis facile est, contemnere vitam: 256
 Fortiter ille facit, qui miser esse potest.
 Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
 Rectorem dubiæ navita puppis amat.
 Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum:
 Tempore sic duro est inspicienda fides.
 Si mihi difficilis formam natura negavit:
 Ingenio formæ damna rependo meæ.
 Si numeres ³⁾ anno soles et nubila toto,
 Invenies, nitidum sæpius isse diem.
 Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat ⁴⁾ 257
 Juppiter ⁵⁾, exiguo tempore inermis erit.
 Singula quid referam? nil non mortale ⁶⁾ tenemus,
 Pectoris exceptis ingeniique bonis.
 Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
 Et pavidas mentes falsa timere jubent.
 Tempore crevit amor, qui nunc est summus,
 habendi,
 Vix, ultra quo jam progredivtur, habet.

Temp.

1) 326. 2) 765. 3) 582. 4) 456. 5) Diplaflasius.

931. 6) nil tenemus, quod non sit mortale, scilicet nil non mortale est quod tenemus. 799.

Temporis ars medicina fere est. Data tempore
prosunt,

Et data non apto tempore, vina nocent.

258 Turpe quidem dictu¹⁾: sed si modo vera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.

Utendum est æstate. Cito pède labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacarit²⁾ aquis.

Vidi ego, quod primo fuerat sanabile vulnus,
Dilatum longæ damna tulisse moræ.

Villaq[ue] q[ui]am miseris alimenta negabat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

D.

259 Alienā laudat, qui genus jactat suūm.
Alienā nobis, nostra plus aliis placent.

Alium filere quod voles³⁾, primus file.
Amor timere neminem verus potest.

Bonis nocet, quisquis pepercerit⁴⁾ malis.
Benevolus animus maxima est cognatio.

Bono⁵⁾ probari malo, quam multis malis.
Cælestis ira quos premit, miseros facit.

Contemnit omnes ille, qui mortem prius⁶⁾.
Cuivis dolori⁷⁾ remedium est patientia.

260 Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.
Dari bonum quod potuit, auferri potest.

De.

¹⁾ 354. ²⁾ 349. ³⁾ 610. ⁴⁾ 270. ⁵⁾ 291. ⁶⁾ 812.
⁷⁾ 260 a.

Deliberando discitur sapientia.

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.

Eripere telum, non dare, irato decet¹⁾.

Eripere vitam nemo non²⁾ homini potest.

Est vita misero longa; felici brevis:

Etiam capillus unus habet umbram suam.

Ferrum tuerit principem; at melius fides.

Fortuna belli semper ancipi in loco est.

Fortuna opes auferre, non animum potest.

Fortuna quo se, eodem et inclinat favor.

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accedit.

Haud est virile, terga fortunæ dare.

Hominem experiri multa, paupertas jubet.

Honesta mors est, pro bona causa mori.

Humble laborant, ubi potentes disident.

Id facere laus est, quod decet, non, quod libet.

Ignoscito saepe alteri, nunquam tibi.

Imperia solvit, qui tacet, iussus³⁾ loqui.

Ingratus unus omnibus miseris nocet,

Iniqua nunquam regna perpetuo manent.

Justum esse facile est, cui vacat⁴⁾ pectus metu.

Levis est dolor, qui capere consilium potest.

Magnifica verba mors prope admota executit.

Malus est vocandus, qui sua⁵⁾ est causa bonus.

Meminisse dulce est, quæ fuit durum pati.

Miferrima est fortuna, quæ invidia caret⁶⁾.

Mors innocentem sola fortunæ eripit.

¹⁾ 555. ²⁾ 773. ³⁾ 398. ⁴⁾ 349. ⁵⁾ 220. Nota. ⁶⁾

263

Necessitas plus posse, quam pietas, solet.
 Nemo potentes aggredi tutus potest.
 Nil eripit fortuna, nisi quod et dedit.
 Nil spernat auris, nec ¹⁾ tamen credat statim.
 Nocere posse et nolle, laus amplissima est.
 Non est ad astra mollis e terris via.
 Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.
 Optanda ²⁾ mors est, sine metu mortis mori.
 Patiare potius ipse, quam facias scelus.
 Pejora ³⁾ juvenes facile praecepta audiunt.
 Péricolosum est, credere, et, non credere.
 Plus est in uno saepe, quam in turba, boni.
 Poenam moratur improbus, non praeterit.
 Pretio parata, vincitur pretio fides.
 Quem poenitet peccasse, pæne est innocens.
 Quem saepe transit casus, aliquando invenit.
 Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.
 Quidquid futurum est summum, ab imo nascitur.
 Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.
 Quod ratio nequit ⁴⁾, saepe fanavit mora.
 Rex velit honesta, nemo non eadem volet.
 Sæpe in magistrum scelera redierunt sua ⁵⁾.
 Sæpe eruentis veritas patuit malo ⁶⁾.
 Satis est beatus, qui potest latus mori.
 Sceleris coacti culpa ad auctores redit.
 Seditio civium, hostium est occasio.

Sequi-

¹⁾ s̄t̄ sed non. 787. ²⁾ suſſellig. 364. Nota 2. ³⁾ 208. ⁴⁾ scil. sanare 811. ⁵⁾ 552. ⁶⁾ til. Stade. 161.

Sequitur superbos ultiꝝ a tergo Deus.
 Serum est cavendi tempus in mediis malis.
 Solent suprēma facere securos mala.
 Spes est salutis, ubi ¹⁾ hominem objurgat pudor.
 Tacere, multis, discitur vitæ malis.
 Virtutis est ²⁾, domare, quæ cuncti pavent.
 Visu carentem magna pars veri latet.

E.

Auream quisquis mediocritatem
 Diligit, tutus caret obsoleti
 Sordibus tecti, caret invidenda
 Sobrius aula.

Sæpius ventis agitatur ingens
 Pinus: et celsæ graviore casu
 Decidunt tressæ: feriuntque summos
 Fulmina montes.

Rebus angustis animofus atque
 Fortis appare: sapienter idem ³⁾
 Contraheſ ⁴⁾ vento nimium secundo
 Turgida vela. H. Od. 2, 10.

Non enim gazzæ, neque consularis
 Summovet lictor miseros tumultus
 Mentis, et curas laqueata circum
 Tecta volantes.

Vivi-

¹⁾ 715. c. ²⁾ 242. Nota 2. ³⁾ 557. ⁴⁾ sapienter con-
 traheſ, sicut sapienter facies; si contraheſ 798.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert,

Lætus in præsens animus, quod ultra est
Oderit²⁾ curare: et amara læto
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum. ib. 16.

* * *

268 Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non fecus ac bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia: moriture Delli. H. Od. 2, 3.

Eheu, fugaces, *Posthume*, *Posthume*,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis et instanti senectæ
Adferet, indomitæque morti. H. Od. 2, 14.

Dulce et decorum est pro patria mori.
Mors et fugacem perseguitur virum:
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo.

269 Virtus, repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ,

Virtus

i) for Præf. Conj. 467.

Virtus, recludens immetitis mori
Ælum, negata tentat iter via:
Coetusque vulgares et udam
Spernit humum fugiente penna. ib. 3, 2.

Justum et tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non yultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neque austera,

Dux inquieti tubidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ. ib. 3.

Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: tectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Pejusque leto flagitium timet:
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire. ib. 4, 4.

CAPUT V.

CATONIS DISTICHA SELECTA.

A. Ex Catonis libro I.

1. Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue pura sit mente colendus.
2. Plus vigila semper, nec somno deditus esto:
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.
3. Virtutem primam esse puta, compescere linguam:
Proximus ille Deo est, qui fecit ratione tacere.
4. Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque:
Utilitas opibus praeponi tempore debet.
5. Contra verbosos noli contendere verbis:
Serino datur cunctis, animi sapientia paucis.
6. Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi:
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
7. Cum te aliquis laudat, Judex tuus esse memento:
Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli.
8. Officium alterius multis narrare memento:
Atque, aliis cum tu benefeceris ipse, fileto.
9. Ne cures, si quis tacito sermone loquatur:
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

10. Cum

CAPUT V. Catonis disticha.

10. Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa:
In morte alterius tu spem tibi ponere noli.
11. Infantem nudum cum te natura crearit:
Paupertatis onus patienter ferre memento.
12. Noli homines blando nimium sermone probare:
Fistula dulce canit, volucrem dum decipit
acceps.
13. Si tibi sunt nati, nec opes; tunc artibus illos 273
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.
14. Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
15. Quod Justum est, petito, vel quod videatur
honestum:
Nam stultum est petere id, quod possit jure
negari.
16. Ignotum tibi tu noli praeponere notis:
Cognita Judicio constant, incognita casu.
17. Vincere cum possis, interdum cede fodalii:
Obsequio quoniam dulces rethinentur amici.
18. Litem inferre cave, cum quo tibi gratia
juncta est:
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

B. Ex libro II.

1. Si potes, ignotis etiam prodefesse memento:
Utilius regno est, meritis acquirere amicos. 274

1. Iratus de re incerta contendere noli:
Impedit ira animum, ne possit cernere verum.
3. Quod nimium est, fugito; parve gaudere me-
mento:
Tuta mage est puppis, modico quae flumine
fertur.
4. Corporis exigui vires contemnere noli:
Confilio pollet, cui vim natura negavit.
5. Esto animo forti, quum sis damnatus inique:
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.
- 275 6. Litis praeteritae noli maledicta referre:
Post inimicitias iram meminisse, malorum est.
7. Uttere quæsitis modice, cum sumptus abundat.
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
8. Luxuriam fugito, simul et vitare memento
Crimen avaritiae: nam sunt contraria famæ.
9. Noli tu quaedam referenti credere semper.
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.
10. Confilium arcanum tacito committe sodali.
Corporis auxilium medico committe fideli.
- 276 11. Rebus in adversis animum submittere noli:
Spem retine; spes una hominem nec morte
relinquit.
12. Rem, tibi quam noces aptam, dimittere noli:
Fronte capillata est, post est occasio calva.

13. Sit

13. Sit tibi præcipue, quod primum est, cura sa-
luti:
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.
14. Somnia ne cures. Nam mens humana, quod
optans,
Dum vigilat, sperat, per somnum cernit id
ipsum.

C. Ex libro III.

1. Instrue præceptis animum, nec discere cesses: 277
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
2. Quum recte vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur.
3. Segnitiem fugito, quæ vitæ ignavia fertur:
Nam cum animus languet, consumit inertia
corpus.
4. Interponit tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sufferre laborem.
5. Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris,
Quæ fugias. Vita est nobis aliena magistra.
6. Quod potes, id tentes: opéris ne pondere pressus 278
Succumbat labor, et frustra tentata relinqua.
7. Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
8. Uttere quæsitis, sed ne videaris abuti,
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
9. Fic

1. Iratus de re incerta contendere noli:
Impedit'ira animum, ne posse cernere verum.
2. Quod nimium est, fugito; parve gaudere me-
mento:
Tuta mage est puppis, modico quae flumine
fertur.
3. Corporis exigui vires contemnere noli:
Confilio pollet, cui vim natura negavit.
4. Esto animo forti, quum sis damnatus inique:
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.
5. Litis praeteritae noli maledicta referre:
Post inimicitias iram meminisse, malorum est.
6. Utere quæfisis modice, cum sumptus abundat.
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
7. Luxuriam fugito, simul et vitare memento
Crimen avaritiae: nam sunt contraria famæ.
8. Noli tu quaedam referenti credere semper.
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.
9. Confilium arcanum tacito committe sodali.
Corporis auxilium medico committe fideli.
10. Rebus in adversis animum submittere noli:
Spem retine; spes una hominem nec morte
relinquit.
11. Rem, tibi quam noscet aptam, dimittere noli:
Fronte capillata est, post est occasio calva.

12. Sit tibi præcipue, quod primum est, cura sa-
lutis:
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.
13. Somnia ne cures. Nam mens humana, quod
optans,
Dum vigilat, sperat, per somnum cernit id
ipsum.

C. Ex libro III.

1. Instrue præceptis animum, nec discere cesses: 277
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
2. Quum recte vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur?
3. Segnitiem fugito, quæ vitæ ignavia fertur:
Nam cum animus languet, consumit inertia
corpus.
4. Interponet tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sfferre laborem.
5. Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris;
Quæ fugias. Vita est nobis aliena magistra.
6. Quod potes, id tentes: operis ne pondere preflus: 278
Succumbat labor, et frustra tentata relinquas.
7. Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, dum vis urbatus haberis.
8. Utere quæfisis, sed ne videaris abuti;
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
9. Ec

9. Fac tibi proponas, mortem non esse timendam;
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est.

D. Ex libro IV.

279. **i** Despice divitias, si vis animo esse beatus!
Quas qui suspicunt, mendicant semper, avari.
2. Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt,
Si fueris contentus eo, quod postulat usus.
3. Quod donare potes, gratis concede roganti!
Nam recte fecisse bonis, in parte lucrorum est,
4. Quod tibi suspectum est, censetim discute,
quid sit,
Natiq[ue] solent, primo quæ sunt neglecta, no-
cere
5. Cum tibi prævalidæ fuerint in corpore vires,
Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi.
280. Auxilium a notis petito, si forte laboras:
Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.
7. Cum tibi vel socium, vel fidum quæraris amicum,
Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda.
8. Uttere quæfitis opibus; fuge nomen ayari;
Quid tibi divitiae profunt, si pauper abundas?
9. Si famam servare cupis, dum vivis, honestam:
Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vite.

10. Disce

10. Disce aliquid: nam, cum subito fortuna recessit
Ars remanet, vitamque hominis non deserit
unquam.
11. Perspicito tecum tacitus, quid quisque lo- 281
quatit.
- Sermo hominum mores et celat, et indicat
idem.
12. Multum venturi ne cures tempora fati.
Non metuit mortem, qui scit contemnere
vitam.
13. Disce, sed a doctis; indoctus ipse doceto:
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.
14. Tranquillis rebus, quæ sunt adversa, caveto;
Rursus in adversis melius sperare memento.
15. Discere ne cessa: cura sapientia crescit: 282
Rara datur longo prudentia temporis usu.
16. Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri:
Scire aliquid, laus est; culpa est, nil discere
velle.
17. Tempora longa tibi noli promittere vitæ.
Quocunque ingrederis, sequitur mors, corpus
ut umbra.
18. Cede locum Iæsus fortunæ, cede potenti:
Lædere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.

CAPUT VI.

Marci Antonii Mureti

**INSTITUTIO PUEBILIS, SEU DISTYCHA
DE MORIBUS.**

- 183 1. Dum tener es, Murete, avidis hæc auribus
hauri;
Nec memori modo conde animo, sed et ex-
prime factis.
2. Imprimis venerare Deum, venerare parentes,
Et quos ipsa loco tibi dat natura parentum.
3. Mentiri noli: nunquam mendacia profund.
Si quid peccaris, venia est tibi promta fatenti.
4. Disce libens: quid dulciss est, quam discere
multa?
Discentem comitantur opes, comitantur ho-
nores.
- 184 5. Si quis te objurget, male cum quid feceris, illi
Gratiam habe, et ne iterum queat objurgare,
caveto.
6. Ne temere hunc credas, tibi qui blanditur,
amicum;
Peccantem puerum quisquis non corrigit, odit.
7. Qui semel incautum blando sermone felellit,
Ille idem, dabitur quoties occasio, fallet.

g. Nee

8. Nec cuivis sapiens, nec nulli credere debet.
Fallitur alter sæpe; fidem fibi detrahit alter.
9. Si quid forte mali aut facias, aut mente volutes, 185
Ut lateas homines, certe Deus omnia cernit.
10. Non nisi spectatis arcana sodalibus effer,
Quodque tacere voles alios, prior ipse taceto.
11. Nil cupide specta, nisi quod fecisse decorum est;
Turpia corrumpunt teneras spectacula mentes.
12. Averte impuris procul a sermonibus aures:
Et qui illis gaudent, horum consortia vita.
13. Principio studii radix inamoena videtur, 186
Sed profert dulces parvo post tempore fructus.
14. Ludo indulxisti? subito evolat illa voluptas.
Legisti? utilitas studio percepta manebit.
15. Ut moderata quies prodest, viresque ministrat,
Sic hebetat corpus nimia, ingeniumque re-
tundit.
16. Si prodeſſe aliis fludeas, tibi proderis ipſi:
At niſi ames alios, et te quoque nullus amabit.
17. Successus fauſtos nunquam admirare malorum: 187
Sera licet, tamen olim illos sua poena ſequetur.
18. Si tibi grata quies, juvenis ne parce labori:
Dux ad honoratam eſt homini labor ipſe
quietem.
19. In-

19. Inspice tē in speculo: et bona feu tibi forma
videtur,
Moribus obscoenis illam foedare caveto:
Seu tibi subtraxit vultus natura decorem,
Ingenio, ut formae compenses damna, labora.
288 20. Nil facito, quod turpe putas fecisse videri:
Et cura, ut multis tibi sis pro testibus ipse.
21. Ut nos pauca loqui, plura autem audire moneret,
Linguam unam natura, duas dedit omnibus
aures.
22. Quæ servare voleś, ne crebro invisere parce:
Namque minus furem metuunt, quæ sœpe vi-
dentur.
23. Blanditur primo, sed perdit inertia famam:
Aspera res primo est, sed fert industria laudem.
289 24. Aut vinum ne tange, aut multa proluue lympha:
Cum vino indulges, igni puer adjicis ignem.
25. Fac tibi sit vultus comis sermoque modestus:
Sic multos facile tibi conciliabis amicos.
26. Pauperiem ne cui misero exprobraveris un-
quam:
Cujus munus opes, ejusdem est munus egestas.
27. Semper opum studio præfer virtutis amorem:
Non opibus virtus, sed opes virtute parantur.
290 28. Dicce, et quæ discis, memori sub pectore conde:
Aut facies tantundem, ac si cribro hauseris
undam.

29. Duk

29. Dulcia sint quamvis, nunquam tamen appetere,
quæ sunt
Aut damnum allatura, aut incussura pudorem.
30. Iraisci noli temere, nil foedius ira:
Quam quæcumque moyere solent, ea temnere
laus est.
31. Venti agitant celsis positas in montibus ornos,
A quibus in media tuta est arbustula valle:
Sic et opes agitant majora pericula magnas,
Tutior angustos comitatur vita penates.
32. Pauca loqui puerò, sed tempestiva, decorum est:
Hæc etenim ingenium res indicat, illa pudorem.
33. Scire cupis, quæ sit famæ via certa parandæ?
Talem te præsta, qualem te poscis haberi.
34. Verbera non metuet, metuet qui jussa magistri:
Hæc qui contemnet, merito miser illa timebit.
35. Quam felix puer est, virtus in quo anteit annos:
Illum omnes' meritis certatum laudibus ornant,
Et spectant cupide, et felicia cuncta precantur.
At contra nemo alloquio dignatur inertes:
Spernumur cunctis, et vulgi fabula flunt:
Vix oculis pater ipse illos fatis adspicit æquis.
36. Non tantum in præsens obsunt peccata: sed
hoc plus,
Ad mala quod præclivem animum adsuetudine
reddunt.
37. Quæ

193 37. Quæ bona sunt, sectare; etiam si dura videntur
Principio: longus paulatim ea mollet usus.

38. Acceptum officium memora atque extolle: sed
abs te
Collatum extenua, et potius sine, prædicet
alter.

39. Utilitas quoties pugnare videtur honesto,
Ne dubitare quidem fas est, qui vincat ho-
nestas.

40. Sub laceris crebro virtus latet aurea pannis,
Cum stolidas aurum pecudes et purpura velet.

41. Nil laudis causa facito! et tamen omnia, laudem
Quæ tibi conciliare queunt, ea sedulus aude.

194 42. Divitias nec amare nimis, nec spernere debes.
Quamquam etenim nequeunt facere ac præ-
stare beatum,
Magna tamen vitae sunt instrumenta gerendæ.

43. Fac contentus eo, quod contigit, usque fruaris;
Sic tamen, ut unquam meliora requirere
parcas.

44. Quam sint cuncta hominum varia atque in-
certa, notato:
Ne te unquam aut adversa premant, aut pro-
spera tollant.

195 45. Pauca quidem hæc: sed quæ studio servata
petenni
Mirificos fructus progressu temporis edent.

Adspiret tanum coeptis Deus! omnia cuius
Confilio æterno et certa ratione reguntur.
Quem tu et luce puer prima, cum strata relin-
quis

Impiger, et dulcem repetis cum vespere som-
num,

Supplicibus facito places ante omnia votis,
Ille tibi ingeniumque sagax, corpusque salubre,
Et multo meliora dabit. Diffidere noli:
Tu modo ad illius semper refer omnia laudem.

CAPUT VII.

OWENI EPIGRAMMATA SELECTA.

1. In Atheos.

296 Nulla domus domino caruit: vos hanccine tantam
Nullius domini creditis esse domum?

2. Prophetæ et poëtae.

Illi de rebus prædicere vera futuris,
Hi de præteritis dicere falsa solent.

3. De vita et morte.

Ad mortem sic vita fluit, velut ad mare flumen.
Vivere enim res est dulcis; amara mori.

4. De aurora.

Miraris, lucem summo quod mane priorem
Sole vides? lux est condita sole prior.

5. Mors.

297 Restituunt furtum fures, vi rapta latrones:
Omnia mors aufert, restituitque nihil.

6. Optimi doctores.

Hi mihi doctores semper placuere, docenda
Qui faciunt, plus quam qui facienda docent,

Caput VII. Oweni epigrammata.

7. In perfidiam.

Credendo vanis, didici non credere, verbis.
Spes diffidentem mea falsa facit.

8. Regum flatus.

Dum non vult alter, timet alter dicere verum
Regibus: o miserum regis in orbe statum!

9. Echo.

Vocem nullam potest ars sculpere, pingere nulla: 298
Sola repercussio exprimit Echo sonos.

10. Speculum.

Fingere non Phidias, nec Apelles pingere motum
Novit: tu Phidia plus et Apelle facis.

11. Virtus.

Contemnit laudem virtus; licet usque sequatur
Gloria virtutem, corpus ut umbra suum.

12. Spes et metus.

Divitiae atque metus comites sunt, spes et egestas;
Res optanda tamen spes, miseranda metus.

13. Prodigus et avarus.

Hic nisi post mortem veteri nil donat amico:
Ille nihil, quod post funera donet, habet. 299

13. Vg.

14. *Voluntas.*

Vis bonus esse? velis tantum, fiesque volendo;
Is tibi posse dabit, qui tibi velle dedit.

15. *Eloquentia.*

Facundus non est, qui multa, at qui bene dicit:
Ut nec secundus, qui mala gignit, ager.

16. *Opera.*

Qui bene fecerunt, illos sua facta sequentur;
Qui male fecerunt, facta sequentur eos.

17. *Prudens simplicitas.*

300 Ut nulli nocuisse velis, imitare columbam;
Serpentem, ut possit nemo nocere tibi.

18. *Philautia.*

Crimina qui cernunt aliorum, nec sua cernunt,
Hi sapiunt aliis, despiuntque sibi.

19. *De ortu et occasu.*

Sole oriente, tui redditus a morte memento:
Sis memor occasus, sole cadente, tui.

20. *Mors.*

Mors quid sit, rogitas? si scirem, mortuus essem;
Ad me, cum fuero mortuus, ergo veni.

21. *Veræ*21. *Veræ divitiae.*

Divitiae non sunt argenti pondus et auri.
Virtutes veras accipe divitias.

301

22. *Patientia.*

Quod tibi contigerit, patienter ferre memento:
Nam certum, fieri numine cuncta Dei.

23. *Munera.*

Quid non argento, quid non corrumperit auro?
Qui majora dabit munera, victor erit.

24. *Virtus.*

Omnia cum pereant, virtus est sola perennis:
Hæc immortales reddere sola potest.

25. *Gloria.*

Narrent de te alii: proprio sordescit in ore
Gloria; si taceas, plus tibi laudis erit.

302

26. *Rosa.*

Quo nares perfundat, habet rosa suavis odorem;
Quo contrectantem pungat, acumen habet.

27. *Invidia.*

Livor edax hominum vivorum encomia carpit,
Ut defunctorum corpora vermis edit.

28. *Bomby.*

Arte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipse,
Tila mei fati duco, necemque neo.

29. *Lates, leges.*

303 Lis genuit leges, legum lis filia: vivi
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

30. *Ego.*

Nullus homo est, qui se non præferat omnibus
unum;
Hinc personarum prima vocatur Ego.

31. *Georgica Virgili.*

Carmina de terris scribit Maro culta colendis.
Tu lectoris agros ingeniumque colis.

32. *Perfius poëta.*

Scripta tenebrofi lego, non intelligo, Perfi:
Lectores nimium negligit ille suos.

33. *Senatus.*

304 Rex regnat solus: cur non regis omnia solus?
Qui regit et regitur, rectis ille regit.

34. *Rex.*

Lex sine rege, velut lumen sine sole fuillet:
Rex sine lege, velut sol sine luce foret.

35. *Mors*35. *Mors.*

Mors mietuenda malo, sancto est optanda: malorum
Ultimus est finis, vel sine fine malum.

36. *Agrorum steroratio.*

Vile excrementum, stercus, sed inutile non es:
Tū nutrimento das alimenta mea.

37. *Clepsydra.*

Clepsydra mentitur verissima: nempe foramen 305
Tempore fit semper majus, arena minor.

38. *Memento mori.*

Mors incertarum rerum certissima: cunctis
Incertum quando, certum aliquando mori.

39. *Invidus et flultus.*

Déficit hunc ratio recta, illum mens bona: verum
Cernere dum non vult ille, nec iste potest.

40. *Malum infinitum.*

Mille modis morimur mortales, nascimur uno:
Sunt hominum morbi mille, sed una fatis.

41. *Medicina.*

Vivere naturae si convenienter amarent 306
Mortales, medica nil opus effet ope.

42. *Sem-*

42. Somnus.

Si somnus nihil est, nisi mors, nil mors nisi somnus:
Quo plus in vita dormio, vivo minus.

43. Ars longa, vita brevis.

Ut folide sapiat, nulli sua sufficit ætas:
Mors prius a tergo, quam sapiamus, adeat.

44. Miseria.

Dupliciter miser es, qui felix ante fuisisti;
Dupliciter felix, qui fuit ante miser.

45. Labor.

Mandere qui panem jubet in sudore diurnum,
Non dabit æternas absque labore dapes.

46. Fides.

Arbor uti plantanda prius, quam fructus habendus,
Inter virtutes prima docenda fides.

47. Lex et religio.

Lex et religio junxerunt foedera: pravas omnes
Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.

48. Aetate utendum est.

Du tenera est ætas, generosos imbue mores:
Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

49. In

49. In parasitos.

Qui socius mensæ, non idem est verus amicus;
Tolle epulas, noscés, quam tibi fidus erat.

50. Conscientia.

Conscia mens recti nullo commota pavore est:
At mala mens semper sollicitata pavet.

51. Procrastinatio.

Cras, inquis, faciam, concessaque labitur hora:
Fac hodie! fugit hæc non redditura dies.

52. Lectio.

Egregios cumulare libros præclara fupellex:
Ast unum utilius, volvere sæpe librum.

53. Loquacitas.

Vis sapiens dici, pauca et meditata loquare:
Sæpe loquax verbis proditur ipse suis.

54. Aliiquid ex Nihilo. Aenigma.

Addideris unum nihilo, nihil inde creatur:
Adde unum nihilum, nascitur inde Decas.

55. Fidus amicus.

Millibus ex multis unus vix fidus amicus;
Hic albo corvo rarior esse solet.

56. Non

56. *Non quis, sed quid dicat, spectandum.*

Ne te dicentis moveat reverentia, sed **quid**
Dixerit, attendas, qua ratione probet.

57. *Vitæ Sanctorum.*

310 **S**anctorum vitas legere, et non vivere, stultum est.
Sanctorum vitas degite, non legite.

58. *Beneficentia.*

Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos;
Foenore nam grandi centupla dona feres.

59. *Via lata.*

Lata via est, et trita via est, quæ ducit ad orcum;
Invenit hoc, etiam se duce, coecus iter.

60. *Christus.*

Venit in hunc mundum, vidit mortalia, mortem
Vicit, et ad superos in sua regna redit.

100
amplius natus ac sicut
etiam natus de filio pellitur quoniam est homo
sciat ut pellitur mundum in nobis

100
naturam subest
etiam natus de filio pellitur quoniam est homo
sciat ut pellitur mundum in nobis

100
naturam subest
etiam natus de filio pellitur quoniam est homo
sciat ut pellitur mundum in nobis